Trent University Library

UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

I 1-5

CATEGORIAE

VEL

PRAEDICAMENTA

Translatio Boethii — Editio composita
Translatio Guillelmi de Moerbeka
Lemmata e Simplicii commentario decerpta
Pseudo-Augustini Paraphrasis Themistiana

EDIDIT

LAURENTIUS MINIO-PALUELLO

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER
1961

NUNC COGNOSCO EX PARTE

TRENT UNIVERSITY
LIBRARY

UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

EDITIONI CURANDAE PRAESIDET

L. MINIO-PALUELLO

I 1-5

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER

1961

ARISTOTELES LATINUS

I 1-5

CATEGORIAE
VEL
PRAEDICAMENTA

Translatio Boethii — Editio composita
Translatio Guillelmi de Moerbeka
Lemmata e Simplicii commentario decerpta
Pseudo-Augustini Paraphrasis Themistiana

EDIDIT

LAURENTIUS MINIO-PALUELLO

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER
1961

PA 3895 .A3 1951 v.1

Ouvrage publié avec le concours financier
du Jowett Copyright Fund et de l'Unesco

TABULA

PRAEFATIO VII

De Boethii translatione et de editione composita XII

1. Quid duae editiones inter se differant : XII — 2. Utra sit Boethio tribuenda : XV — 3. Quis fuerit alterius translationis auctor : XIX — 4. Quomodo editio *c* vel quando composita sit : XXI — 5. Librorum manu scriptorum textum continuum praebentium recensio : XXII — 6. Librorum impressorum recensio : XXXIX — 7. Librorum manu scriptorum commentarii Boethii recensio : XLIII — 8. De textu translationis Boethianae restituendo : XLVII — 9. De textu editionis compositae restituendo : XLIX — 10. De librorum cognationibus : LIII — 11. De adnotationibus latinis translationi Boethianae subiectis : LXIV — 12. De adnotatione latina editioni compositae subiecta : LXV — 13. De librorum graecorum cognatione : LXVI — 14. De adnotatione graeco-latina : LXVII

De translatione Moerbekana Categoriarum et lemmatum Simplicii LXVIII

1. De binis translationibus : LXIX — 2. De textu interpretationi recentiori Simplicii interiecto : LXXI — 3. Librorum recensio : LXXII — 4. De codicum cognatione : LXXIII — 5. De textu restituendo et de latina adnotatione : LXXV — 6. De libris graecis et de graeco-latina adnotatione : LXXVI

De Pseudo-Augustini paraphrasi Themistiana LXXVII

1. De paraphraseos auctore et historia : LXXVII — 2. Librorum paraphrasin continentium recensio : LXXX — 3. Librorum Alcuini Dialecticam servantium recensio : LXXXIV — 4. De editione Alcuiniana et de textu restituendo : LXXXVI — 5. De librorum cognationibus : XCI — 6. De adnotationibus : XCV

TRANSLATIO BOETHII : *Liber Aristotelis de decem praedicamentis* 1

EDITIO COMPOSITA : *Categoriae Aristotelis* 43

TRANSLATIO GUILLELMI DE MOERBEKA : *Predicamenta Aristotelis* 81

LEMMATA SIMPLICII 119

ANONYMI PARAPHRASIS THEMISTIANA : *Tractatus A-----I de categoriis Aristotelis* 129

110956

APPENDIX 177

I. Variarum lectionum specimina : 179 — II. Excerpta ex Alcuini Dialectica : 189

INDICES 193

I. Index graeco-latinus Categoriarum : 195 — II. Index latino-graecus Categoriarum : 212 — III. Index latinus Paraphraseos : 224 — IV. Index graecus Paraphraseos : 249

ADDENDA 251

I. Codices translationis Boethianae et editionis compositae : 253 — II. Codices Paraphraseos : 255

PRAEFATIO


Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/aristoteleslatin0001aris

PRAEFATIO *

« Categoriae » qui vulgo inscribitur graeco titulo libellus, latino saepius « Praedicamenta », e fragmentis vel duobus vel pluribus Aristoteli, ut videtur, tribuendis conflatus, a Mario Victorino medio fere saeculo quarto p. Ch. n. primum latine redditus est — si quidem ea quae in Cassiodori Institutionibus leguntur fide digna habenda sunt [1]. Quae tamen translatio aut omnino cito periit aut certe omnibus paene ignota fuit, cum Cassiodorus ipse quos Categoriarum laudat locos e Boethii interpretatione decerpserit neque ulla vel citatio vel transcriptio Victorini versionis ad hunc diem sit inventa [2].

Sed Praedicamentorum testimonium amplissimum philosophiae studentibus inde a saeculo quarto exeunte praebebat paraphrasis quaedam, plerumque Aristotelis libro fidelis, quam Themistii discipulus aliquis latine perscripserat vel e graeca lingua aptaverat, Alcuinus autem Augustino Hipponensi adscribebat. Quae paraphrasis post Alcuinum per annos fere ducentos in scholis et bibliothecis vulgatissima fuit, cum ex ea, multo prius multoque magis quam e Boethiana translatione, haurirent eorum temporum philosophi Aristotelicam doctrinam ; neque aetatibus

---

* Vide etiam Addenda, pp. 253-257.

[1] « Categorias transtulit Victorinus, cuius commentum octo libris ipse quoque formavit » (*Inst.* II.III.18, p. 128.16-17 Mynors) ; in recensione autem *ΦΔ* haec habentur : « Categorias... transtulit patricius Boethius, cuius commenta tribus libris ipse quoque formavit ». Utra recensio prior potiorve sit incertum est ; cf. P. COURCELLE, *Histoire d'un brouillon Cassiodorien* ('Rev. des Études Anc.' XLIV 1942) pp. 78-85. — Non recte affirmat Courcelle fragmentum quoddam translationis Victorini a Boethio in Dialogo de Porphyrii Isagoge (cap. 1.7, p. 17.21-23 Brandt) laudari, cum Boethius suis ipse verbis Aristotelem citet (*Categ.* 1a1-2), non Victorini ; vide infra, p. x adn. 2.

[2] Fragmenta nonnulla Categoriarum Cassiodorus accurate citavit *Instit.* II.III.9-10 (pp. 113.9-114.12 Mynors). Quae omnia praeter unum in translatione Boethii et in editione composita (de quibus videas infra) iisdem verbis inveniuntur ; sed fragmentum quod differenter traditur, a Cassiodoro secundum translationem Boethii citatur : « ad aliquid vero sunt ... habitus, dispositio, scientia, sensus, positio » ; vide p. 18.9-10, cf. p. 58.27-24. E Cassiodoro fragmenta duo in Isidori Etymologiis (II.XXVI.4,6) repetita sunt.

posterioribus data est oblivioni cum Augustini nomen ei sanctitatem auctoritatemque quandam praestaret. Numquam tamen libris manu scriptis late inspectis vel ad artem criticam adhibitis edita est [1].

Anno circiter DX Boethius Aristotelis opusculum verbum e verbo latine vertit [2] et, Graecos philosophiae magistros secutus, in primis fortasse Proclum, perpetuo commentatus est. Cuius interpretationis textum continuum, integrum et satis purum nullus codex saeculo decimo primo antiquior servat, tres vel quattuor illius saeculi, nullus, ut videtur, recentior, nec umquam typis editus est ; sed saeculo decimo exeunte iam ad contaminandam aliam editionem adhibebatur, et textus incompletus per particulas divisus commentarioque insertus pluribus libris manu scriptis — quorum antiquissimus nono saeculo exaratus est — nullo mechanice impresso, perhibetur [3].

Maxime autem per saecula octo vulgata fuit composita quaedam editio Aristotelis opusculum verbatim effingens, in qua translationis Boethianae loci longiores nonnulli, breviores plerique, verba hic illic sparsa plurima, locis verbisque mixta sunt ex alia valdeque rudiore interpretatione derivatis, cuius auctor — nisi Boethium ipsum esse crediderimus — ignotus nobis est. Editio haec composita primo sed raro in bibliothecis saeculo nono incipiente apparuisse videtur, saeculo tamen decimo

---

[1] Editionem novam parare inceperat Clemens Baeumker sed numquam perfecit ; vide *Frühmittelalterliche Glossen des angeblichen Jepa zur Isagoge des Porphyrius* ('Beitr. z. Gesch. d. Philos. d. Mittelalt.' XXIV.1), Monasterii 1924, p. 5 adnot. 2.

[2] Locos duos Categoriarum Porphyrii Isagogen commentans Boethius citavit iisdem fere verbis quibus opusculum transferens usus est : « Aequivoca sunt quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio alia » (Edit. I, 1.7, p. 17.21-23 Brandt ; cf. translationem, p. 5.2-3 nostrae editionis, ubi 'diversa' pro 'alia' habetur) ; « Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae secundum species ['speciem' in translatione] et differentiae sunt » (Edit. II, 1.6, p. 152.8-10 ; cf. p. 6.19-20 nostrae editionis). Dubitari potest num tempore quo commentaria in Isagogen scripsit Categorias iam transtulerit.

[3] De textu commentarii partibus in impressis editionibus interiecto videas infra pp. XXXIX-XLIII. — Novae criticaeque commentarii recensioni parandae — quae in Corp. Script. Eccles. Latin. Vindob. edenda erat — operam dederunt G. Schepps, A. Kappelmacher, G. Pfligersdorffer, fortasse S. Brandt et K. Glaser, sed nescimus quando opus ad finem perventurum sit. Cf. G. SCHEPPS, *Zu Boethius* ('Commentationes Woelfflinianae', Lipsiae 1891, pp. 275-280) ; id., *Zu des Boethius Categoriae u. Syllogismi hypothetici* ('Blätter für das bayrische Gymnasialschulwesen' XXXIII 1897), p. 252 ; A. BECKER-FREYSING, *Die Vorgeschichte des philosophischen Terminus 'contingens'*, Heidelberg 1930, p. 15.

exeunte et undecimo ineunte saepius descripta est, cum paraphrasin Pseudo-Augustinianam in obscuritatem fere repulit. Sed iam tunc, multoque magis sequentibus saeculis, priorem simplicemque mixtionem multiplicibus modis contaminaverunt librarii et editores integra Boethii translatione vel commentarii lemmatibus usi. Quo factum est ut maxima exstantium librorum pars textus varie complexos lectori offerant, neque nomen « vulgatae » quo editionem compositam quandoque vocamus nisi hoc significet eam magis quam Boethianam translationem puram diversis textibus conscribendis per saecula sex — inde ab undecimo usque ad decimum sextum — contribuisse. Editionem compositam puram novem fortasse tantum libri manu scripti continent, nullus impressus, sed magis minusve contaminatam tercenti fere manu scripti, inter quos unus vel duo per partes commentario Boethiano insertam praebent, necnon libri impressi plures quam nonaginta ; inter hos numerandi sunt omnes qui Boethii et aliorum commentaria continent. Sed nulla ad hunc diem rationibus criticis parata editio in lucem prodiit.

Septem dimidioque saeculis post Boethianam translationem transactis, quattuor et dimidio postquam — quantum scimus — editio composita in usum venit, novam protulit interpretationem Frater Guillelmus de Moerbeka, anno scilicet MCCLXVI, quam decem libri manu scripti puram servant, contaminatam quattuor impressi. Sed nullibi invenitur sine commentario Simplicii ab eodem Guillelmo latine reddito, inter cuius partes una cum Simplicii ipsius lemmatibus ex Aristotele decerptis particulae Categoriarum distributae sunt [1]. Qua de causa textum continuum nobis opus fuit restituere, particulis e commentario extractis et in unum coniunctis.

Lemmata Categoriarum brevissima quae Simplicius commentarii singulis capitibus praemiserat, quaeque Guillelmus accurate reddidit, duplicant quae iam in translatione Categoriarum completa Guillelmus dederat ; sed, cum textus Graecos quibus Simplicius et Guillelmus usi sunt variis lectionibus nonnullis inter se discrepasse pateat, et translator ipse quandoque eadem verba transferendo variasset, lemmata quoque separatim edendo aliquid conferre credidimus Categoriis latinis cognoscendis.

[1] 'Corpus Latinum Commentariorum in Aristotelem Graecorum' commentarium Simplicii interprete Guillelmo continebit, cui edendo studet vir doctus Adrianus Pattin.

Quinque igitur textus de quibus breviter diximus prolixiusque continuo dicemus hic primum modernis rationibus retractatos edimus. Multa sine dubio erravimus, multa negleximus : qui melius possunt, melius facient.

De Boethii translatione et de editione composita.

Cum memoria et traditio interpretationis Boethianae (**a**) omnimodis complexionibus implicita sit neque a memoria editionis compositae (**c**) separari possit [1], cumque nobis sit primo dicendum quomodo editiones duae a se invicem distinguantur, quomodo consentiant, de duobus simul disputemus necesse est.

Sed antequam plura dicimus hoc est praemonendum, nos de trecentisquadraginta circiter libris manu scriptis qui hos textus continent undequinquaginta tantum integre — quod quidem Categorias spectat — triginta unum partim contulimus, alios centum et duosdeviginti ita inspeximus ut certiores fieremus nihil novi quod alicuius esset momenti iis contineri. Textus continui omnes qui ante saeculum duodecimum asservantur — uno fortasse excepto — vidimus, fere omnes contulimus ; reliquos ita selegimus — quantum seligere potuimus — ut ex unoquoque ceterorum saeculorum nonnullos, nonnullos ex unoquoque loco ubi studia philosophica floruerunt cognosceremus. Libros quoque impressos fere triginta inspeximus, neque credimus eos quos non vidimus, multum ad antiquarum translationum notitiam conferre posse. Quae ergo in sequentibus dicemus de libris valent quos vidimus ; sed non dubitamus quin eadem plerumque valeant — quae quidem non singulos libros spectant — vel de ceteris omnibus vel de eorum maxima parte.

1. *Quid duae editiones inter se differant.*

Compluribus libris antiquis recentioribusque comparatis duos patuit Categoriarum textus — ambos quidem vel partim vel integre Boethio tribuendos — inter se maxime differre, ceteros ex his commixtos esse. Textus unus, quem siglo **a** indicamus,

[1] Confer quae scripsimus in *The Genuine Text of Boethius's Translation of Aristotle's Categories* ('Mediaeval and Renaissance Studies' I 1943, pp. 151-177), atque in *The Text of the Categories : the Latin Tradition* ('The Classical Quarterly' XXXIX 1945, pp. 63-74). Sed nonnulla sunt illic corrigenda, plura addenda.

purus servatur — si tamen multos excipias librariorum errores — uno codice Einsidlensi 324 (*Ei*), fere purus duobus aliis, Parisino bibl. nation. 1788 (*Fy*) et Veneto Marciano Z.L. 497 (*Bs*), necnon tertio eoque mutilo Atrebatensi 862 (*Sv*), qui quattuor codices saeculo undecimo vel medio vel exeunte exarati sunt. In optimis quoque antiquissimisque libris commentarium Boethii continentibus — vetustissimus omnium sed mutilus est codex Monacensis bibl. publ. Bavar. 6374 (*Fi*) nono saeculo scriptus — per partes divisus sub lemmatum formam neque completus, cum tertia fere pars desit [1], textus idem servatur. — Textus vero alter, cui siglum dedimus **c**, purior nulloque modo cum priore contaminatus codicibus tribus qui antiquissimi Categoriarum latinarum exstant praebetur, noni scilicet saeculi, Carolsruhensi Augiensi CLXXII (*Re*), Leningradensi bibl. publ. F.V. class. lat. 7 (*Lg*), Vercellensi CXXXVIII (*Vc*), et sex aliis saeculi decimi vel undecimi, Aurelianensi 277 (*Ab*) qui imaginem Abbonis illius Floriacensis praebet, Parisino bibl. nation. lat. 7193 (*Fu*), Ambianensi 404 (*Cb*), Parisino bibl. Arsen. 912 (*Eb*), Parisino bibl. nation. lat. 11129 (*Ep*), Carnutensi 12 (*Cu* ; v. Addenda, p. 254).

Textus duo hoc inter se differunt quod plus quam tertia pars opusculi inde a medio capitulo de qualitate usque ad finem totius libelli (10a12-15b33 Bekk. = pp. 27.5-47.10 et 66.7-79.10 huius editionis), paucis hic illic exceptis brevibusque locis (10a20-26 = 27.12-18 et 66.12-17 ; 11a16-22,32-38 = 29.18-23, 30.5-11 et 68.10-14, 24-29 ; 11b16-26 = 30.28-31.8 et 69.12-20 ; 11b38-12a3 = 31.19-22 et 70.6-10 ; 12a26-33 = 32.13-20 et 71.1-7 ; 12b16-19, 26-30 = 33.9-13,19-23 et 71.25-28, 72.5-8 ; 14b10-13 = 38.3-6 et 76.10-13), valde constanterque diversa est in uno ac in altero ; eodem modo res se habet in dimidio capitulo de substantia et dimidio de quantitate, hic illic in capitulo de relativis — his videlicet locis : 2a34-b6 = 8.3-15 et 49.15-25 ; 2b11-3a5 = 8.19-9.21 et 49.29-50.27 ; 3a8-32 = 9.23-10.15 et 50.28-51.20 ; 3b37-5a37 = 11.25-16.17 et 52.26-56.17 ; 6a9-19 = 17.5-13 et 58.1-8 ; 6a38-b6 = 18.6-13 et 58.21-31 ; 7b35-8a6 = 21.17-25 et 61.16-25 ; 8a37-b21 = 22.26-23.18 et 62.23-63.14 — necnon sparsim per viginti fere lineas. Quae si omnia in unum composueris, videbis de mille ducentis lineis bekkerianis quibus libellus constat septingentas aliter

[1] In adnotatione prima textui translationis Boethianae subiecta locos omnes indicavimus qui inter lemmata non inveniuntur.

alia interpretatione traditas esse. Sed reliqua omnia vel omnino eadem vel minime variata in duabus editionibus praebentur. Unde patet unam de duabus editionibus — hanc esse **c** ostendemus — e particulis duarum minimum translationum (quarum unam esse **a** videbis, alteram **x** nominamus) compositam esse. Sed cave ne credas conflationem hanc simpliciter iuxta positis duarum interpretationum partibus ortam esse, cum locis compluribus commixtionem e correctione textus **x** per textum **a** provenisse manifestum sit.

Diversitas duarum inter se editionum e subiectis exemplis synoptice cerni potest ; si plura quaeris textus ipsos videto (pp. 5-41 et 47-79).

2a27-33

a (7.23-8.3) : Eorum vero quae *sunt* in subiecto, in *pluribus* quidem neque nomen de subiecto neque ratio *praedicatur*, in *quibusdam vero* nomen quidem nihil prohibet praedicari, rationem vero impossibile est ; ut album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de subiecto (dicitur enim corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur.

c (49.10-15) : Eorum vero quae in subiecto *sunt*, in *plurimis* quidem neque nomen de subiecto neque ratio *praedicabitur*, in *aliquibus autem* nomen quidem nihil prohibet praedicari *aliquando de subiecto*, rationem vero impossibile est ; ut album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de subiecto (dicitur enim corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur.

7b1-9

a (20.18-25) : Si *autem* non convenienter *reddatur* ad id quod dicitur circumscriptis omnibus aliis, relicto vero solo ad quod *redditum* est, non dicetur ad *illud ;* assignetur enim servus hominis et ala avis, *et* circumscribatur *ab homine* esse *dominum ;* non enim *iam* servus ad hominem dicitur (cum enim dominus non sit, servus non est) ; similiter autem et de avi, *circumscribatur* alatam esse ; *non enim iam* erit ala ad aliquid (cum enim non sit alatum, nec ala erit alicuius).

c (60.23-30) : Si *vero servus* non convenienter *dicatur* ad id quod dicitur circumscriptis omnibus aliis, relicto vero solo ad quod *assignatum* est, non dicetur ad *ipsum ;* assignetur enim servus hominis et ala avis, circumscribatur *ad hominem* esse *servum ;* non enim servus ad hominem dicitur (cum enim dominus non sit, servus non est) ; similiter autem et de avi, *adimatur* alatam esse ; *et amplius non* erit ala ad aliud (cum enim non sit alatum, nec ala erit alicuius).

10b18-25

a (28.17-22) : Hoc *autem* manifestum est *omnia* alia praedicamenta *proferenti, ut* si est iustitia iniustitiae contrarium, *qualitas* est *autem* iustitia, *nihilo minus qualitas erit* iniustitia ; nullum *enim aliud praedicamentum convenit* iniustitiae, *nec* quantitas *nec relatio nec* ubi *nec* omnino aliquid *huiusmodi*, nisi *sola qualitas ; similiter* autem et in aliis secundum *qualitatem contrariis.*

c (67.9-14) : Hoc *palam* est *proponenti ex singulis* alia praedicamenta, si est iustitia iniustitiae contrarium, *quale autem* est iustitia, *quale igitur et* ininstitia ; nullum *igitur aliorum praedicamentorum aptabitur* iniustitiae, *neque* quantitas *neque ad aliquid neque* ubi nec omnino aliquid *quicquam*, nisi *quale ; sic* autem et in aliis *quae* secundum *quale sunt.*

15a13-20

a (39.14-21) : Motus *vero* sunt species sex : generatio, corruptio, *crementum*, diminutio, *commutatio*, secundum locum *translatio.* Alii *quidem* motus *manifestum* est *quoniam a se* invicem *diversi* sunt ; *neque enim* est generatio corruptio, *nec crementum* diminutio *nec* secundum locum *translatio ;* similiter autem et *ceterae.* In *commutatione* vero *est aliqua dubitatio*, ne forte *necesse* sit quod *commutatur secundum aliquem reliquorum motuum commutari.*

c (77. 19-25) : Motus *autem* sunt species sex : generatio, corruptio, *augmentum*, diminutio, *alteratio*, secundum locum *mutatio.* Alii *itaque* motus *palam* est *quia alii ab* invicem sunt ; *non* est generatio corruptio, neque *augmentum* diminutio, *neque alteratio* secundum locum *mutatio* ; similiter autem et *alii.* In *alteratione* vero *habet quandam quaestionem*, ne forte *necessarium* sit *id* quod *alteratur per aliquam reliquarum motionum alterari.*

Neque tantum differunt recensiones duae ab invicem quod verba eadem graeca diversis latinis reddita sint, sed nonnumquam quod altera alteri graeco textui respondeat ; varietas itaque lectionum graecarum in latinis interpretationibus iteratur. Quas differentias cum plene indicaverimus in adnotatione graeco-latina editioni compositae subiecta, exempla hic adnotare omittimus.

2. *Utra editio Boethio sit tribuenda.*

Translatoris nomen in codicibus antiquissimis et fide dignissimis utriusque editionis non invenitur, sed, si integrae ambae singillatim considerentur, editionem **a** patebit uno stilo unoque tenore conscriptam, **c** contra sibi inaequalem esse, ita tamen ut particulae quibus ab **a** differt sibi constantes sint. Quod exempla manifestum facient.

Verba *πρώτη οὐσία* in **a** 'prima substantia' semper redduntur, sed in **c** illic tantum ubi reliqua quoque cum **a** concordant, alibi 'principalis substantia' (2a37-3b7) :

a (8.3-10.26) : *Cetera*... de subiectis dicuntur PRIMIS substantiis ut in *eisdem* subiectis... de subiectis PRIMIS substantiis dicuntur aut in subiectis *ipsis* sunt... propinquior enim est PRIMAE substantiae. Si enim quis PRIMAM substantiam quid sit assignet, evidentius et convenientius assignabit speciem proferens quam genus... Amplius PRIMAE substantiae, *propterea* quod aliis omnibus *subiacent*... *Quemadmodum* autem PRIMAE substantiae ad omnia *cetera*... Similiter autem et *in* PRIMIS *substantiis nihilo plus*... *Recte* autem post PRIMAS substantias..., eorum enim quae praedicantur PRIMAS *substantias solae significant*... Amplius PRIMAE substantiae, *propterea* quod... *Et* a PRIMA *quidem* substantia... Rationem... suscipiunt PRIMAE substantiae specierum et generum et species generis (quaecumque enim...) ; similiter autem et differentiarum rationem suscipiunt species et individua.

c (49.15-52.1) : *Alia*... de subiectis dicuntur PRINCIPALIBUS substantiis aut in subiectis *eis*... de subiectis PRINCIPALIBUS substantiis dicuntur aut in subiectis *eis* sunt... ; propinquior enim est PRIMAE substantiae. Si quis enim assignet PRIMAM substantiam quid sit, evidentius et convenientius assignabit speciem proferens quam genus... Amplius PRINCIPALES substantiae, *eo* quod aliis omnibus *subiectae sint*... *Sicut* autem *principales* substantiae ad *alia* omnia... Similiter autem et PRINCIPALIUM *substantiarum nihil magis*... *Merito* autem post PRINCIPALES substantias... ; *sola* enim *haec indicant* PRINCIPALEM *substantiam* eorum quae praedicantur... Amplius PRINCIPALES substantiae, *eo* quod... A PRINCIPALI *namque* substantia... Rationem... suscipiunt PRIMAE substantiae specierum et generum et species generis (quaecumque enim...) ; similiter autem et differentiarum rationem suscipiunt species et individua.

Similiter 'aegritudo' constanter in **a** significat *νόσος*, in **c** illic tantum ubi locus fere totus cum **a** concordat, alibi 'languor' :

8b32-39 [Ambae editiones, **a** (24.3-10) et **c** (63.23-64.2) haec habent] : ...vel ab AEGRITUDINE vel ab aliquo huiusmodi ; similiter autem et virtus et iustitia vel castitas et singula talium... Affectiones vero dicuntur quae sunt... cito permutabiles,... et AEGRITUDO et sanitas et alia huiusmodi... cito autem permutatur... et ex sanitate in AEGRITUDINEM...

9b22-25 [Concordant iterum **a** (26.9-13) et **c** (65.15-18)] : ...sive enim vel [*sic*] secundum naturalem substantiam pallor aut nigredo facta est... (quales enim secundum eas dicimur), sive propter AEGRITUDINEM longam vel propter aestum... contingit vel nigredo vel pallor...

Sed differunt **a** et **c** his locis : 4b14-16, 12a4-9, 12b31, 13b6,37, 14a9,16, quorum primum et secundum hic citamus :

a (13.14-16) : AEGRITUDINEM enim et sanitatem suscipit, et *albedinem* et nigredinem ; et... *suscipiens*...

c (54.11-13) : LANGUOREM enim et sanitatem suscipit, et *candorem* et nigredinem ; et... *suscipiendo*...

a (31.23-28) : Ut AEGRITUDO et sanitas in corpore animalis *nata est* fieri, et *necesse* est alterum *ipsorum inesse* animalis *corpori, aut* AEGRITUDINEM *aut* sanitatem ;... et *non* est horum *aliquid medium*, neque AEGRITUDINIS *neque sanitatis*, neque *imparis neque paris*.

c (70.10-15) : Ut LANGUOR et sanitas in corpore animalis *naturam habet* fieri, et *necessarium* est alterum *esse in* animalis *corpore, vel* LANGUOREM *vel* sanitatem ;... et *nihil* est *in medio* horum, neque *inter* LANGUOREM *et sanitatem*, neque *inter abundantem et perfectum*.

Tertium addamus exemplum *ἐπιστήμη — ἐπιστητόν*, pro quibus 'scientia — scibile' in **a** legitur et illis locis editionis **c** qui cum **a** conveniunt, alibi 'disciplina—disciplinatum'.

7b23-35 [Haec habentur in **a** (21.8-16) et **c** (61.9-16)] : SCIBILE enim SCIENTIA prius esse vide(bi)tur ; namque in pluribus subsistentibus (iam) rebus SCIENTIAS accipimus ; in paucis enim... simul cum SCIBILI SCIENTIAM factam. Amplius SCIBILE sublatum simul aufert SCIENTIAM, SCIENTIA vero non (simul) aufert SCIBILE... Amplius animali quidem sublato non est SCIENTIA, SCIBILIUM vero plurima esse contingit.

Aliter contra 6b34-36 et 11b27-31 :

a (19.7-9): ...SCIENTIA SCIBILIS *rei* dicitur SCIENTIA et SCIBILE SCIENTIA SCIBILE, et sensus *sensibilis* sensus et *sensibile* sensu *sensibile*.

c (59.21-23) : ...DISCIPLINA DISCIPLINATI dicitur DISCIPLINA et DISCIPLINATUM DISCIPLINA DISCIPLINATUM, et sensus *sensati* sensum et *sensatum* sensu *sensatum*.

a (31.8-12) : Et SCIENTIA SCIBILIS *rei* SCIENTIA *ut ad aliquid opponitur*, et dicitur SCIENTIA, *hoc* ipsum quod est, SCIBILIS ; et SCIBILE, *hoc* ipsum quod est, ad oppositum dicitur, *scilicet* SCIENTIAM (SCIBILE enim *aliqua* SCIENTIA SCIBILE *dicitur*).

c (69.20-24) : *Sed* et DISCIPLINA DISCIPLINATO *tamquam relativa opposita est*, et dicitur DISCIPLINA, ipsum quod est, DISCIPLINATI ; *sed* et DISCIPLINATUM, ipsum quod est, ad oppositum dicitur, *id est ad* DISCIPLINAM (DISCIPLINATUM enim *aliquem dicimus* DISCIPLINA DISCIPLINATUM).

Firmatur haec conclusio, editionem **a** simplicem sibique constantem esse, **c** contra compositam e particulis verbisque duarum interpretationum (**a** scilicet et **x**), hoc alio argumento quo etiam probatur editionem **a** indubitanter Boethio tribuendam esse.

Loci namque Categoriarum quos Boethius in commentario laudat — illos dico qui auctoris ipsius sermoni contexti sunt, non tantum illos qui sub lemmatum forma partes singulas commentarii praecedunt — necnon vocabula singula semper cum editione **a**, numquam cum editionis **c** propriis lectionibus, concordant. Quod ex suppositis exemplis patet (2b29-37, 5a20-21, 10a30, 10a35-b3, 15b24-25) :

a (9.7-15) : *Recte* autem post *primas* substantias... si speciem quam genus *protulerit, convenienter proferet... proferens ;* ceterorum vero quicquid *protulerit, aliena* erit illa *prolatio,* ut album *vel* currit *vel* quodlibet *huiusmodi* si reddat. *Quare recte...* substantiae dicuntur.

c (50.14-21) : *Merito* autem post *principales* substantias... speciem quidem... *assignando familiarius* demonstrabit... *assignando...* ; aliorum vero quicquid *assignaverit* quilibet, *assignabit extranee,* velut album *aut* currit *aut* quodcumque *talium* reddens. *Ergo merito...* substantiae dicuntur.

Comm. (P. L. lxiv, col. 188B-189A) : Post *primas* substantias *recte...* id *alienissime profert...* album *vel* currit *vel* aliquid *huiusmodi...* nihil *convenienter* umquam *profert... Quare* quoniam... *recte...* dicuntur esse substantiae.

a (15.1-2) : Similiter autem et *superficiei partes* habent *aliquam* positionem...

c (55.27-56.1) : Similiter autem et *particulae plani* positionem habent *quandam...*

Comm. (206C) : Hoc quoque idem in *superficie* evenit ; *partes* enim *superficiei* in *aliquo* loco sunt.

a (27.22) : ... ab *albedine albus...*

c (66.19) : ... a *candore candidus...*

Comm. (253A) : Cum *albedo* cuiusdam nomen sit qualitatis, ab eo dicitur *albus.*

a (27.26-28.1) : ... secundum *potentiam* naturalem... *quemadmodum etiam* in disciplinis...

c (66.23-25) : ... secundum *valetudinem* naturalem... *sicut et* in disciplinis...

Comm. (254A) : ... quod Aristoteles hoc protulit modo dicens non ita esse secundum *potentiam* naturalem *quemadmodum etiam* in disciplinis...

a (41.2-4) : ... ut modius *triticum* vel *dolium* vinum ; vinum enim *dolium* habere dicitur, et modius *triticum...*

c (79.3-4) : ... ut modius *grana tritici* aut *lagena* vinum ; vinum enim habere *lagena* dicitur et modius *grana tritici...*

Comm. (294A) : ... ut *triticum* in modio et vinum in *dolio...*

Quae ergo relatio inter translationem **a**, editionem **c** et graeca exemplaria exsistat e figura subiecta cerni potest.



TABULA I. Translatio Boethii (**a**) et editio composita (**c**).

κ = archetypum graecum Categoriarum λ et Λ = exemplaria graeca
x = translatio partim deperdita **b** = lemmata comment. Boethii

3. *Quis fuerit alterius translationis auctor.*

Interpretationis **x** quae partim in editione **c** servatur auctorem liber nullus nominat, cum Boethii nomen quod antiquis nonnullis codicibus profertur — praecipuo inter hos Aurelianensi 277 (*Ab*) — e concordantia prioris partis aliorumque locorum cum genuina translatione Boethiana alteri editioni inscriptum esse facile credatur, cumque antiquissimi codices — ut supra diximus — et recentiores fere omnes nullius interpretis nomen prodant. Mario tamen Victorino hanc interpretationem adscribere nos vetant et stilus et ratio vertendi et usus verborum si cum eius versione Isagoges Porphyrianae comparentur, neque alius nobis notus est vir graecae latinaeque linguae non indoctus, qui ante saeculum nonum vixerit, cui translatio attribui possit. Restat ut suspicemur — longe abest ut pro certo habeamus — Boethium ipsum translationem primo rudem mendisque non expertem confecisse, **x** scilicet, deinde expolivisse vel integre iterum composuisse, graecis exemplaribus iterum usum. Quam suspicionem non improbabilem omnino esse censemus cum simile aliquid in Prioribus Analyticis et in Topicis a Boethio translatis

evenisse invenerimus [1], non solum eo quod haec quoque opera binis partim servata sint editionibus ante saeculum decimum primum paratis, sed quod vocabulorum differentiae inter binas cuiusque operis versiones multis notis communes sint reliquis quoque operibus. Sed, quod non satis in Categoriis patet recensionem alteram (**a**) ex emendatione alterius (**x**) natam esse, hoc probabilius in Topicis et Analyticis Prioribus apparet ; de quibus, cum in editionum nostrarum hac in serie edendarum praefationibus ample dicturi simus alibique iam disseruerimus, hic dicere praeterimus, communium differentiarum paucis tantum speciminibus subiectis :

Topicorum expolitior editio cum editione **a** Categoriarum concordat simulque altera Topicorum cum translatione **x** (**c**) Categoriarum in his verbis adhibendis vel semel vel pluries :

	a	**x** (**c**)
δῆλον	manifestum est	palam
περιττόν	impar	abundans
ἐφαρμόζω	convenio	aptor
ἐνδέχεται	contingit	accidit
αὔξησις	crementum	augmentum
ἀποδίδωμι	reddo	assigno

Similiter singulae Categoriarum editiones cum singulis Analyticorum Priorum concordant :

	a	**x** (**c**)
εἴωθα	soleo	consuesco
ἐπιστήμη	scientia	disciplina
ἐπιστητόν	scibilis	disciplinatus
ἄν	*omissum*	utique.

Sed impossibile est translationem **x**, etiam si sit Boethio tribuenda — multoque magis editionem compositam **c** — a Boethio ad commentarium maius conscribendum (quod ad nos non pervenit) factam esse, quod nobis persuaderi vult vir doctus L. M. De Rijk [2], cum multo peiorem translationem a Boethio ad posterius commentarium elaborandum adhibitam esse absurdum sit.

---

[1] Vide quae de his scripsimus in *Note sull'Aristotele latino medievale* X ('Riv. Filos. Neo-Scol.' L 1958, pp. 109-111), et XI (ibid., pp. 217-218).

[2] Abaelardus, *Dialectica* ed. L. M. De Rijk, Assen 1956, pp. xiii-xvi. Opinio de his interpretationibus quae nobis illic tribuitur numquam nostra fuit.

4. *Quomodo editio* **c** *vel quando composita sit.*

Mixtionem particularum verborumque e translationibus duabus **a** et **x**, ex qua orta est editio **c**, inaequalem et variam in hac ac illa opusculi parte esse iam supra indicavimus, cum hic capitula fere integra ex una vel alia sint decerpta, ibi loci tantum breviores, alibi singula tantum vocabula. Veri simillimum nobis videtur librarium vel editorem quendam prae se ita imperfectum librum habuisse (qui totam translationem **x** quondam forte continuerat) ut folia nonnulla — inter ea primum — hic illic deessent, aliaque partim essent pessumdata. Quae deficiebant, suspicamur, aliunde — e libris scilicet translationem **a** continentibus — supplevit, ea fortasse insuper corrigendo quae illi meliora in hac translatione esse viderentur.

Ita factum est ut editionis compositae partes quae e translatione **a** provenerunt lectiones plerasque praebeant corruptas quae adhuc in codicibus nonnullis translationis illius inveniuntur, illas scilicet quas in adnotatione critica latina versionis Boethianae siglo **c** indicavimus. Ita quoque evenit quod pluries editor in suam rem lemmata commentarii Boethiani adhiberet. Exempli gratia verbum 'ordine' (71.3) quod in editione composita tantum invenitur nec ulli graeco Aristotelis verbo respondet post particulam 'Privatio vero et habitus — circa hoc dicitur utrumque eorum' (12a26-29 = 32.13-15 et 71.1-3) primum est commentationis Boethii neque aliunde in textum nostrum fluxisse credendum est, praesertim cum in codicibus nonnullis commentarii (e. g. *Ar*, *Lu*, *Lz*, de quibus vide infra, p. LIX) verbum illud lemmati Aristotelico, non commentario Boethii, adscribatur. Saepe quoque lectiones quibus vel omnes vel aliqui codices commentarii a textu continuo translationis Boethianae differunt, eaedem in editione composita inveniuntur, ut ex apparatu nostro cerni potest ubicumque sigla **b** (id est lemmatum memoria) et **c** coniuncta leguntur. Sed quod olim opinati sumus [1] inde editionem hanc ortam esse quod translator mediae aetatis, graeca lingua aliquantum peritus, lemmata commentarii Boethiani composuisset et quae ibi deficerent sua supplevisset interpretatione, improbabile, re iterum perspecta, nobis videtur.

De aetate qua editio composita **c** primum in lucem sit prolata

[1] *The Genuine Text* (vide supra, p. XII adn. 1), pp. 163-164.

nihil certius dici potest quam quod antiquissimus liber qui adhuc servatur, Carolsruhensis Augiensis CLXXII terminum 'ante quem' nobis praestat, annum scilicet DCCCXXII quo inter libros bibliothecae illius numerabatur [1]. Si compositio eo modo facta est quem supra probabilem diximus, hoc melius convenit Karolinae aetati renascentium studiorum liberalium quam italico vel constantinopolitano editori cuiquam vel sexti vel septimi saeculi.

5. *Librorum manu scriptorum textum continuum praebentium brevis recensio* [2].

Cum libri omnes quos inspeximus [3] Categorias sine Boethii commentario continentes, praeter tredecim supra laudatos (p. XIII) fragmentumque Graecense (*Gr*), neutram editionem **a** vel **c** incontaminatam praebeant, sed textus multis variisque modis e duobus editionibus conflatos, ita ut plena notitia alterius utrius editionis ex his haereat, melius nobis visum est uno ordine codices manu scriptos cunctos et impressos recensere antequam de singulorum cognationibus vel diversitate disserimus. Cumque libri manu scripti alibi plenius descripti sint et impressi describendi [4], brevissime de unoquoque dicemus, bilitteris siglis adiectis quibus in hac praefatione, in adnotatione critica, in appendice usi sumus, necnon signis aliis additis ad ea significanda quae hic indicamus :

†† = textum Categoriarum integre contulimus
† = » » partim »
* = codicem ipsum inspeximus

---

[1] Vide catalogum antiquissimum bibliothecae monasterii Augiensis apud P. LEHMANN, *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschl. u. d. Schweiz* I, Monaci 1918, p. 249.29 (cf. 241.43).

[2] Vide etiam Addenda, pp. 253-255.

[3] Libros non inspeximus qui commentaria media vel recentiore aetate conscripta et brevibus tantum lemmatibus praedita continent, opere tantum Abaelardi excepto quod codice Mediolanensi Ambrosiano M. 63 sup. servatur et Bernhardo Geyer curante typis editum est (*Peter Abaelards Philosophische Schriften*, 'Beitr. z. Gesch. d. Phil. d. Mittelalt.' XXI, Monasterii 1919-1933, pp. 111-305), cuius lemmata, quamquam brevissima, in rem nostram comparavimus. Libros quoque Notkeri contulimus qui fere integras Categorias praebent: vide infra, pp. LV, LXI, LXII.

[4] In animo est *Supplementum Tertium Codicum* Aristotelis Latini edere in quo impressi libri describentur.

κ = textum contulimus e codice ipso
Φ = » » e photographiis maioribus
ϕ = » » e photographiis minimis
τ = collationibus iam publici iuris factis usi sumus.

Uniuscuiusque codicis descriptioni inter uncos quadratos numerum adiecimus quo signatus est in recensione magna codicum Aristotelicorum latinorum, indicibus '1', '2', 's' volumen primum, secundum, supplementum alterum operis huius significantes, hoc modo : [A.L.^{1} 734], [A.L.^{2} 1359], [A.L.^{s} 2097] etc., vel, si de eodem codice in duobus locis tractetur, [A.L.^{1,s} 549] etc. [1]

1. Abrincensis, bibliothecae municipalis, 227 : saec. XIII-XIV, e bibliotheca Michaelis episcopi : fol. 10^v-24^v. [A.L.^{1} 404]
Deest inde a 12b31 (= 72.10).

2. Abrincensis, bibliothecae municipalis, 228 : saec. XIII, e bibliotheca Michaelis (? episcopi) : fol. 11^r-39^r. [A.L.^{1} 405]

†† *Sl* 3. Abrincensis, bibliothecae municipalis, 229 : saec. XII, e monasterio S. Michaelis in Periculo Maris : fol. 17^r-98^v et 11^r-16^v. [A.L.^{1} 406] ϕ
Textus Aristotelis in marginibus commentario Boethii adscriptus est.

†† *Cb* 4. Ambianensis, bibliothecae municipalis, 404 (tertia pars) : saec. XI, e monasterio S. Petri Corbeiensi : fol. 108^r-170^v. [A.L.^{1} 410] ϕ
Finis deficit inde a 15b29 (= 79.7), « modus ».

5. Ambianensis, bibliothecae municipalis, 404 (quarta pars) : saec. XIII, e monasterio S. Petri Corbeiensi : fol. 179^r-194^r. [A.L.^{1} 410]
Libri 4 et 5 una ligati sunt.

6. Aretinus, bibliothecae Fraternitatis S. Mariae, 237 : saec. XV : fol. 5^v-16^v. [A.L.^{2} 1254]

* 7. Assisiensis, bibliothecae communalis, 296 : saec. XIV : fol. 1^r-5^r. [A.L.^{2} 1263]
Tertia tantum pars Categoriarum exstat, inde a 10a1 (= 65.28) usque ad finem.

* 8. Assisiensis, bibliothecae communalis, 327 : saec. XIV : fol. 14^v-36^v. [A.L.^{2} 1265]

*†† *As* 9. Assisiensis, bibliothecae communalis, 658 : saec. XIII : fol. 13^r-30^v. [A.L.^{2} 1266] κ

* 10. Assisiensis, bibliothecae communalis, 664 : saec. XIV : fol. 18^v-40^v. [A.L.^{2} 1268]

[1] *Aristoteles Latinus* : *Codices* descr. G. Lacombe etc. ; supplementis indicibusque instruxit L. Minio-Paluello : *Pars prior*, Romae 1939 ; *Pars posterior*, Cantabrigiae 1955 ; *Supplementa altera* ed. L. M.-P., Brugis-Parisiis (sub prelo).

* inspexi †† integre contuli κ codice ipso usus sum, ϕ minoribus photographiis

* 11. Assisiensis, bibliothecae communalis, 664 : saec. xiii : fol. 122r-131r. [A.L.² 1268]
Libri 10 et 11 una ligati sunt.

12. Atrebatensis, bibliothecae municipalis, 224 (162) : saec. xiii-xiv, e monasterio S. Vedasti : fol. 6v-14r. [A.L.¹ 413]

13. Atrebatensis, bibliothecae municipalis, 362 (451) : saec. xiii, e monasterio S. Antonii Caelestinorum Ambianensi : fol. 6v-15r. [A.L.¹ 414]

14. Atrebatensis, bibliothecae municipalis, 820 (511) : saec. xiv, e monasterio S. Vedasti : fol. 50r-54r. [A.L.¹ 417]

†† *Sv* 15. Atrebatensis, bibliothecae municipalis, 862 (343) : saec. xi, e monasterio S. Vedasti : fol. 1r-3v. [A.L.¹ 419] *ϕ*
Exstat textus ab initio tantum usque ad 2b13 (= 8.22), « arborem », et a 7a1 usque ad 9b29 (= 19.13-26.16), « in² -fiunt ».

16. Atrebatensis, bibliothecae municipalis, 890 (446) : saec. xiv, e monasterio S. Vedasti : fol. 9r-22v. [A.L.¹ 421]

17. Augustanus, bibliothecae publicae, cccxxviii : saec. xv, e monasterio SS. Udalrici et Affra : fol. 12r-31v. [A.L.¹ 789]

18. Aurelianensis, bibliothecae municipalis, 265 : saec. xii-xiii, e monasterio S. Benedicti Floriacensi : pag. 12-43. [A.L.¹ 435]

†† *Ab* 19. Aurelianensis, bibliothecae municipalis, 277 : saec. x-xi, e monasterio S. Benedicti Floriacensi : pag. 62-74. [A.L.¹ 437] *Φ*
In littera initiali imago Abbonis depicta est. Folia nostra hic illic pessumdata sunt.

20. Ausciacensis, bibliothecae municipalis, 11 : saec. xiii : fol. 9v-23bisv. [A.L.¹ 438]

21. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1072 : saec. xiii, e bibliotheca Fratrum Praedicatorum : fol. 1r-13r. [A.L.¹ 439]

22. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1088 : saec. xiv, e bibliotheca Fratrum Praedicatorum : fol. 16r-41r. [A.L.¹ 446]

23. Bambergensis, bibliothecae publicae, Class. 10 (H.J. IV, 7) : saec. xii, e bibliotheca Ecclesiae Metropolitanae : fol. 1v-18v. [A.L.¹ 790]

24. Bambergensis, bibliothecae publicae, Class. 58-II (H.J. IV, 27) : saec. xv : fol. 14r-35v. [A.L.¹ 794]

25. Barcinonensis, Archivi Coronae Aragoniae, Ripoll 134 : saec. xiv : fol. 10r-28r. [A.L.² 1173]

26. Basileensis, bibliothecae universitatis, F.I. 1 : saec. xiv, e bibliotheca Carthusiensium : fol. 10v-27v. [A.L.² 1124]

27. Basileensis, bibliothecae universitatis, F. I. 5 : saec. xv, e bibliotheca Carthusiensium : fol. 27v-69v. [A.L.² 1125]

28. Basileensis, bibliothecae universitatis, F. IV. 16 : saec. xiii : fol. 6r-25r. [A.L.² 1147]

29. Bernensis, bibliothecae urbis et universitatis, 548 : saec. x-xi : fol. 8v. [A.L.⁸ 2122]
Fragmentum minimum continet, inde a « Maxime substantiae » (4a10).

30. Berolinensis, bibliothecae publicae Germanicae, lat. Qu. 475 : saec. xiv : fol. 12v-27v. [A.L.¹ 825]

* inspexi †† integre contuli *Φ* maioribus, *ϕ* minoribus photographiis usus sum

31. Bononiensis (Ital.), bibliothecae universitatis, lat. 1155 (2594) : saec. XIV : fol. 11^{v}-31^{r}. [A.L.^{2} 1285]

32. Brugensis, bibliothecae Seminarii Maioris, 100/113 : saec. XIII, e monasterio S. Mariae Dunensi : fol. 10^{r}-27^{v}. [A.L.^{1} 162]

33. Bruxellensis, bibliothecae regiae, 1986-95 (2905) : saec. XIII : fol. 12^{r}-39^{v}. [A.L.^{1} 168]

34. Bruxellensis, bibliothecae regiae, 5083-91 (2906) : saec. XIII : fol. 10^{r}-24^{v}. [A.L.^{1} 170]

†† *Br* 35. Bruxellensis, bibliothecae regiae, 5439-43 (2939) : saec. XI, e monasterio Gemblacensi : fol. 1^{r}-8^{r}. [A.L.^{1,s} 171] *Φ*

36. Caesenas, bibliothecae Malatestianae, plut. XXII dext. 6 : saec. XIV : fol. 8^{v}-23^{v}. [A.L.^{2,s} 1298]

37. Camberiacensis, bibliothecae municipalis, 27 : saec. XIII-XIV : fol. 7^{r}-19^{v}. [A.L.^{1} 456]

38. Cantabrigiensis (Amcr.), bibliothecae universitatis Harvardianae lat. 38 : saec. XIV : pag. 7-20. [A.L.^{1} 8]

39. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Aulae Valencae Mariae, 193 : saec. XIII : fol. 9^{r}-22^{v}. [A.L.^{1} 221]

* 40. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 199/105 : saec. XIII : pag. 18-49. [A.L.^{1} 224]

* 41. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 465/572 : saec. XIII : fol. 15^{v}-37^{v}. [A.L.^{1} 230]

* 42. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 466/573 : saec. XIII : fol. 5^{v}-15^{r}. [A.L.^{1} 231]

* 43. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 468/575 : saec. XIII-XIV, e bibliotheca Aulae Annunciationis : pag. 20-54. [A.L.^{1} 232]

* 44. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 494/263 : saec. XIII : fol. 8^{r}-21^{r}. [A.L.^{1} 236]

* 45. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Musei Fitzwilliamensis, 252 : saec. XIV, e bibliotheca Phillippica Cheltenhamensi (16237) : fol. 11^{v}-15^{v}. [A.L.^{2} 1906]

* 46. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Musei Fitzwilliamensis, McClean 165 : saec. XII, e monasterio S. Trudonis Belgico : fol. 135^{v}-139^{r}. [A.L.^{1} 258]

Deest textus inde a medio opere.

* 47. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae universitatis, Add. 1867 : saec. XIV : fol. 8^{v}-20^{r}. [A.L.^{2} 1912]

48. Cantuariensis, bibliothecae Capituli, D.5 : saec. XIII : fol. 11^{r}-26^{r}. [A.L.^{1} 264]

†† *Ch* 49. Carnutensis, bibliothecae municipalis, 497 : sacc. XII : fol. 284^{v}-291^{v}. [A.L.^{1,s} 474] *ϕ*

Codex ipse anno MCMXLIV bellico igne combustus est, sed eius imagines photographicae parvae in sua bibliotheca exstant, necnon Oxoniae apud bibliothecam Bodleianam, et Toronti in bibliotheca Institutionis Pontificiae Mediaevalium Studiorum.

* inspexi †† integre contuli *Φ* maioribus, *ϕ* minoribus photographiis usus sum

50. Carolopolitanus, bibliothecae municipalis, 39 : saec. xiii, e monasterio Bellavallensi : fol. 6^{v}-16^{v}. [A.L.^{1} 465]

51. Carolopolitanus, bibliothecae municipalis, 250 : saec. xiii, e monasterio Bellavallensi : fol. 10^{r}-26^{v}. [A.L.^{1} 468]

52. Carolsruhensis, bibliothecae Badensis, Lichtenthal 31 : saec. xiii : fol. 1^{r}-16^{v}. [A.L.^{1} 831]

†† *Re* 53. Carolsruhensis, bibliothecae Badensis, Reichenau clxxii : saec. ix, e monasterio Augiensi : fol. 20^{v}-28^{r}. [A.L.^{1} 828] *Φ*

54. Casselanus, bibliothecae Hassiacae, Ms. philos. 2° 28 : saec. xiv : fol. 30^{v}-45^{r}. [A.L.^{1} 832]

*† *Kl* 55. Claustroneoburgensis, bibliothecae monasterii, 671 : saec. xii : fol. 1^{r}-6^{r}. [A.L.^{1} 43] *κ*

Tantum exstat inde a « huiusmodi dicuntur », 10a9 (= 66.4).
Contuli hic illic.

*† *Kn* 56. Claustroneoburgensis, bibliothecae monasterii, 1098 : saec. xii-xiii : fol. 6^{v}-17^{r}. [A.L.^{1} 51]

Desunt lineae extremae inde a « vinum enim », 15b24 (= 79.3).
Contuli hic illic.

†† *Kö* 57. Coloniensis, bibliothecae Ecclesiae Metropolitanae, cxci : saec. xi, e bibliotheca Darmstadiensi : fol. 23^{r}-70^{r}. [A.L.^{1} 839] *ϕ*

58. Cracoviensis, bibliothecae Jagellonicae, 728 : saec. xv : fol. 9^{r}-20^{r}. [A.L.^{2,s} 1680]

59. Cracoviensis, bibliothecae Jagellonicae, 2177 : saec. xiii : fol. 11^{r}-29^{r}. [A.L.^{2,s} 1693]

60. Darmstadiensis, bibliothecae Hassiacae, 77 : saec. xv, e monasterio Wimpinensi : fol. 17^{v}-34^{v}. [A.L.^{1} 845]

†† *Ad* 61. Darmstadiensis, bibliothecae Hassiacae, 2282 : saec. xii : fol. 6^{r}-13^{v}. [A.L.^{1} 848] *ϕ*

Folium 1^{v} effigiem Magistri Adam (? an Parvipontani) praebet.

62. Dunelmensis, bibliothecae Capituli, C.I. 16 : saec. xiv : fol. 9^{r}-20^{r}. [A.L.^{1} 268]

*†† *Ei* 63. Einsidlensis, bibliothecae monasterii, 324 (Misc. 1154) : saec. xi : pag. 4-38. [A.L.^{2} 1157] *ϕ*

64. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 39 : saec. xiii, e bibliotheca Collegii Portae Coeli Erfordiensis : fol. 9^{v}-25^{r} [A.L.^{1} 873]

65. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Qu. 20 : saec. xiii : fol. 6^{r}-15^{v}. [A.L.^{1} 893]

66. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Qu. 267 : saec. xiv : fol. 7^{r}-16^{v}. [A.L.^{1} 899]

67. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Qu. 271 : saec. xv : fol. 101^{v}-115^{v}. [A.L.^{1} 900]

† *Hb* 68. Erlangensis, bibliothecae universitatis, 191 : saec. xii, e monasterio S. Mariae de Haylsbrun : fol. 9^{r}-21^{r}. [A.L.^{1} 909] *ϕ*

Contuli hic illic.

* inspexi †† integre, † partim contuli *κ* codice ipso usus sum, *Φ* maioribus, *ϕ* minoribus photographiis

69. Erlangensis, bibliothecae universitatis, 192 : saec. xiii-xiv, e monasterio S. Mariae de Haylsbrun : fol. 14^{r}-38^{v}. [A.L.^{1} 910]

70. Erlangensis, bibliothecae universitatis, 193 : saec. xiii, e monasterio S. Mariae de Haylsbrun : fol. 9^{r}-22^{v}. [A.L.^{1} 911]

71. Fabrianensis, bibliothecae conventus Silvestrinorum ad Montem Fanum, Mf. 15 : saec. xiii : fol. 8^{v}-24^{r}. [A.L.^{s} 2151]

* 72. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, plut. lxxi. 14 : saec. xiv : fol. 1^{r}-15^{v}. [A.L.^{2} 1316]

* 73. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Aedil. Flor. Eccl. 159 : saec. xiv : fol. 18^{r}-46^{v}. [A.L.^{2} 1328]

* 74. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Ashburnham 952 : saec. xiv : fol. 8^{r}-19^{v}. [A.L.^{2} 1329]

* 75. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Gadd. 99 sup. 76 : saec. xiii : fol. 12^{r}-27^{v}. [A.L.^{2} 1341]

* 76. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Leop. Med. Fesul. 170 : saec. xiv : fol. 11^{r}-29^{v}. [A.L.^{2} 1349]

* 77. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Leop. Strozz. 99 : saec. xiv : fol. 5^{v}-14^{v}. [A.L.^{2} 1351]

*† 78. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis xi sin. 1 : saec. xiii-xiv : fol. 11^{v}-28^{v}. [A.L.^{2} 1354] κ
Contuli 8a28-b18 (= 62.12-63.12) et 15b24-33 (= 79.2-10).

* 79. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis xi sin. 2 : saec. xiii-xiv : fol. 9^{r}-24^{v}. [A.L.^{2} 1355]

* 80. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis xi sin. 3 : saec. xiii : fol. 10^{v}-27^{r}. [A.L.^{2} 1356]

* 81. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis xi sin. 5 : saec. xiii : fol. 7^{r}-18^{v}. [A.L.^{2} 1358]

* 82. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis xi sin. 7 : saec. xiii : fol. 5^{v}-14^{r}. [A.L.^{2} 1360]

* 83. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Marci 101 : saec. xiv : fol. 9^{r}-22^{r}. [A.L.^{2} 1381]

*†† *Fm* 84. Florentinus. bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Marci 125 : saec. xii, e bibliotheca Nicolai de Nicolis : fol. 1^{r}-15^{r}. [A.L.^{2} 1386] κ

*†† *Lm* 85. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Marci 166 : saec. xii, e bibliotheca Georgii Antonii Vespucci : fol. 91^{v}-100^{r}. [A.L.^{2} 1388] κ

86. Florentinus, bibliothecae Marucellianae, A. cs. 45 : saec. xiii-xiv : fol. 2^{r}-34^{r}. [A.L.^{2} 1390]

*† 87. Florentinus, bibliothecae nationalis centralis, II. II. 14 : saec. xiv : fol. 6^{v}-16^{r}. [A.L.^{2} 1393]
Contuli 8a28-b18 (= 62.12-63.12) et 15b24-33 (= 79.2-10).

Codex unus qui omnino incontaminatus totam Boethii translationem exhibet est Einsidlensis 324 (*Ei*), innumeris tamen minoribus, nonnullis maioribus erroribus foedatus. Ad ea confirmanda quae *Ei* recte tradit, et ad ea corrigenda vel supplenda quae in

[1] Sed vide Addenda, pp. 253-255.

[2] Vide P. HADOT, *Un fragment du commentaire perdu de Boèce sur les Catégories* ('Arch. d'Hist. Doctr. et Litt. du Moyen-Age' XXVI 1960, pp. 11-27).

illo deficiunt, libri in primis duo inter se simillimi auxilio veniunt Parisinus bibl. nation. lat. 2788 (*Fy*) et Venetus Marc. Z.L. 497 (*Bs*) : sed hic illic compositae editionis lectiones quasdam praebent ita ut in discrimine non semper sint fidi testes. His melior quandoque est male mutilus codex Atrebatensis 862 (*Sv*) — tertiam tantum partem operis continet — sed cognatione propior libris *Fy Bs* quam ut magnae utilitatis per se esse possit. Suas optimasque lectiones nonnumquam supplent codices gemini Monacensis bibl. publ. Bav. 18480 (*Tg*) et Oxoniensis Bodl. Laud. lat. 49 (*Ol*), quamquam per tertiam fere partem, inde ab initio, editionis compositae **c** textum plerumque praebent et alibi quandoque contaminationem passi sunt. Neque inutilis est ad lectiones bonas vel confirmandas vel discernendas codex Oxoniensis coll. S. Mariae Magd. lat. 267 (*Om*) fragmenta duo continens. Sed nihil nos iuverunt ad textum restituendum innumeri codices contaminati in quibus ita mixtae sunt verae falsaeque lectiones translationis Boethianae ut nulla fere auctoritate valeant. Et fere nihil e Cassiodori vel Isidori citationibus ad textum restituendum disci potest [1].

Utilitatis contra maximae ad hanc rem est textus per particulas commentario Boethii insertus, cui siglum **b** dedimus, qui fons translationis in pristinam formam restituendae nullo modo ab aliis derivare videtur nisi a Boethii ipsius archetypo. Nos tamen fallit eo quod Categoriarum particulae complures inter capitula commentarii non fuerunt transcriptae, vel verba tantum pauca ineuntium et exeuntium particularum laudata fuerunt. Ad textum **b** restituendum plurimum valet codex Monacensis bibl. publ. Bav. 6374 (*Fi*) ; sed desunt folia multa, ita ut per dimidiam tantum partem textus in usum capi possit. Ubi ille errat vel deficit optimi inter viginti quinque quos vel integre vel ex parte contulimus nobis visi sunt — ideoque iis maxime nisi sumus — Bernensis bibl. univers. 265 (*Ar*), Hafniensis bibl. reg. Thott 168 fol. (*Kb*) et Monacensis bibl. publ. Bavar. 18480 (*Tg*) ; ad lectiones nonnullas confirmandas auxilio fuerunt Monacensis bibl. publ. Bavar. 21564 (*Mü*), Barcinonensis arch. Arag. Ripoll 83 (*Bc*) aliique.

Textus Boethianus quem his usi libris et adiumentis restituimus non semper simplex est. Lectiones enim nonnullae ita varia-

[1] Vide supra, p. IX adn. 2.

tae sunt ut hoc librariorum vel editorum errore aut voluntate factum esse credi non possit. Cuius rei optimum exemplum praebet variatio inter 'affectio' et 'dispositio' (17.27, 18.10, 23.25 etc.) vel inter 'affectus' et 'dispositus' (24.8,21, 25.2), cum Boethius ipse in commentario binis indifferenter usus sit verbis. Translatorem ipsum binas lectiones dedisse veri simile est, cum utras eligeret incertus esset vel binas ad sententiam Aristotelis reddendam utiles crederet. Sed in aliis suspicamur Boethium interpretationem suam revisisse cum ea commentando usurus esset, quod lectori fortasse persuasum erit si varias lectiones textui **b** proprias inspexerit. Quandoque autem varietas bonarum lectionum aliter orta est ; quod si in capitulo de oppositis verba *σπουδαῖος, φαῦλος* 'pulchrum, foedum' redduntur (12a19-20 = 32.7-8), ut in *Ei* legimus, iterum vero, rectiusque, 'probum, improbum', ut ceteri omnes libri praebent vel translationis ipsius vel commentarii, hoc fortasse signum est correctionis a Boethio ipso factae in textu Categoriarum sicut vel fecerat vel erat facturus in libro De interpretatione (17b32-33). Quocumque modo haec se habent, varietas de qua hic diximus non est confundenda cum differentia inter textum Boethii **a** et translationem **x** (**c**).

In rebus orthographicis usum modernum secuti sumus latinitatis quae classica dicitur scribendae.; 'u' et 'v' (non 'i' et 'j') distinximus ; 'eundem', 'quorundam', 'quamquam' et similia scripsimus, 'his' e libris manu scriptis transcripsimus, etiam cum pro 'iis' vel 'eis' illud stare credi possit.

9. *De textu editionis compositae* (**c**) *restituendo.*

In textu **c** restituendo attendendum est eum duabus participare naturis ; quae enim e translatione Boethiana **a** derivata sunt non sine mendis in textum compositum sumpta sunt, sed variatis nonnullis lectionibus additisque erroribus quos editor novus in codice quo utebatur Boethiano invenerat. Cum nostrum esset editionem **c** lectoribus offerre qualem editor antiquus dederat, et textum reddere quem, quantumvis a pristina forma mutatum, lectores antiqui editionis compositae legerant, iuvabat editionem **c** cum memoria translationis **a** comparare : ita vidimus textum **b** huius interpretationis, illum scilicet quem vel Boethius vel alius quidam commentario inseruit, nonnihil ad textum **c** componendum contulisse. Ad reliquas

vero partes editionis **c** restituendas, illas scilicet quae e translatione **x** decerptae fuerunt, simili auxilio carentes textum talem reddidimus qualem libri editionis ipsius exstantes permittebant. Difficultas quaedam ex eo orta est quod — ut iam diximus — maxima longe pars librorum textus contaminatos praebent, in quibus non solum errores scribarum, sed errores translatoris saepe correcti sunt ; nonnumquam ergo evenit ut nesciamus utrum lectiones quaedam falsae quae in aliquibus tantum libris apparent interpretis ignorantiae tribuendae sint an librariorum incuriae. In hac re arbitrium nostrum exercuimus, sed lector, adnotatione inspecta, ipse videbit ubi erraverimus.

Textus quem hic proferimus tribus praecipue nititur libris de octo quos editionem **c** incontaminatam praebentes contulimus, Carolsruhensi Augiensi CLXXII (*Re*) qui perfecte servatur, Ambianensi 404 olim Corbeiensi (*Cb*) quattuor lineis extremis mutilo, Aurelianensi 277, olim Floriacensi (*Ab*), Abbonis imagine ornato, hic illic aqua pessumdato ; codicis Augiensis lectiones fere omnes confirmat liber eius simillimus Parisinus bibl. nation. lat. 7193, olim et ipse Floriacensis (*Fu*) ; paene idem ac Ambianensis Corbeiensis valent eique propinquissimi sunt Parisinus bibl. nation. lat. 11129 olim Epternacensis (*Ep*) et Parisinus bibl. Arsen. 912 ab Erkemberto scriptus (*Eb*) ; parum ab iis distantiores sed inter se artissima cognatione ligati sunt Leningradensis bibl. publ. F.V. class. lat. 7 (*Lg*), fortasse olim Corbeiensis, et Vercellensis arch. capit. S. Eus. CXXXVIII (*Vc*), integer hic, mutilus ille qui sexta post initium parte careat. Cum autem locis nonnullis omnes quos nuper enumeravimus codices una voce errent, veras lectiones e codicibus aliquibus contaminatis supplere posse credidimus, quamquam saepius suspicari possumus quae in his recte leguntur e memoria translationis Boethianae **a** profluxisse. E libris impuris quos contulimus maxime usi sumus Vaticano Ottob. lat. 1406 olim Casinensi (*Cs*) littera Beneventana scripto, Vaticano pariter (sed, nisi erremus, apud Floriacum exarato) Vat. lat. 8591 (*Va*), Carnutensi denique 497 (*Ch*) Theodorici Eptateuci partem priorem continente ; neque sine utilitate fuerunt Sangallensis bibl. monast. 817 (*Gl*) eique cognatus Monacensis bibl. publ. Bav. 14372 (*Em*) olim Sancti Emmerani, necnon duo his aliquanto distantius similes Coloniensis bibl. Eccl. Metropol. CXCI (*Kö*) et Monacensis bibl. publ. Bav. 21564 olim Weihenstephanensis (*Mü*).

Ut lector primo obtutu certus fiat quae partes verbaque editionis compositae **c** indubitanter e translatione **a** non proveniant, omnia maioribus typis imprimenda curavimus quae in **c**, non in **a**, leguntur. Sed duo advertenda sunt : primo, nonnulla, ut iam diximus, in **c** sunt quae non ex incorrupto textu translationis **a** veniunt, sed e codice erroribus foedato quo editor editionis **c** usus est, vel e textu ad commentarium componendum fortasse reviso ; haec, cum non essent maioribus typis imprimenda quod non e translatione **x** provenirent, minoribus sed reclinatis litteris scripsimus. Secundo est advertendum saepissime in huiusmodi interpretationibus eadem verba latina a diversis translatoribus (multo magis ab eodem translatore si bis eundem textum reddat) ad eadem graeca reddenda adhiberi necesse esse ; eo fit quod sciri nequeat utrum aequalitates lectionum in ambabus editionibus exstantium ex unitate translationis proveniant, an ex usu eorundem verborum apud binos interpretes vel in binis versionibus eiusdem interpretis. Cumque compositio non simpliciter orta sit ex partibus diversarum editionum longioribus iuxta conexis, sed multis in locis e mixtione singulorum verborum, nihil melius habuimus quam ut lectiones omnes quae duobus textibus communes sunt minoribus litteris scriberemus, etiamsi saepe — in extrema praecipue operis parte — certi essemus quasdam translationi **x**, non translationi **a**, tribuendas esse. Minora igitur non necessario editioni **a** sunt adscribenda, maiora necessario editioni **c**. Quod vero litterarum forma indicari non poterat, scilicet ubinam verba quaedam in translatione **a** exstarent quibus editio **c** contra careret, asterisco * significavimus.

Non semper nimirum omni certitudine sciri potest utrum lectio quaedam e corrupto codice translationis **a** an e translatione **x** sumpta sit ; quandoque etiam credi potest editorem ipsum, qui duas in unum composuit, lectiones suas coniectura supplevisse ; in his incertis rebus distinguendis arbitrium timide exercuimus nostrum ; lector suum corrigendo exerceat. Quod si differentia inter duas editiones in ordine tantum verborum constaret, non omnia vel maioribus vel reclinatis litteris scripsimus quorum ordo mutatus fuit, sed vel unum vel duo verba in singuli locis.

Rarissime coniectura supplevimus aut expunximus quae in memoria editionis **c** errata vel superflua crediderimus. Itaque

nulla mutavimus quae translatoris ignorantiae vel nimiae festinationi sunt tribuenda, quamvis ea librarii et editores antiqui correxissent, vel suo iudicio vel translatione **a** usi, exempli gratia :

2b26-27 : *Ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν πρώτων οὐσιῶν οὐδὲν μᾶλλον ἕτερον ἑτέρου οὐσία ἐστίν.*

50.11-12 : Similiter autem et principalium substantiarum nihil magis alterum *alterius* substantia est.

3a10-15 : *ὁ γὰρ ἄνθρωπος καθ' ὑποκειμένου μὲν τοῦ τινὸς ἀνθρώπου λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἐν τῷ τινὶ ἀνθρώπῳ ὁ ἄνθρωπός ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ζῷον καθ' ὑποκειμένου μὲν λέγεται τοῦ τινὸς ἀνθρώπου, οὐκ ἔστι δὲ τὸ ζῷον ἐν τῷ τινὶ ἀνθρώπῳ.*

51.3-6 : Homo enim *secundum subiectum* quidem *alicuius hominis* est, in subiecto autem nullo est ; non enim in aliquo homine homo est. Similiter autem et animal de subiecto quidem dicitur *alicuius hominis*, non est autem animal in aliquo homine.

His duobus locis genitivus casus graeci textus a translatore perperam genitivo latino est redditus ; necnon in secundo exemplo falso *κατὰ* cum genitivo translator reddidit per 'secundum'. In sequentibus interpres verbi *ὑπομένειν* vim non intellexit et, pro verbo 'permanere' quo eum uti oportebat, verbum 'pati' adhibuit ; librarius quidam vel librarii plures, cum verbum hoc sermoni de continuitate et discretione particularum in quantitatibus non convenire percepissent, rati sunt 'pat'- pro 'part-' errore scriptum fuisse et 'part-' — ut credebant — restituerunt ; sed patet 'pati' verbo verbum *ὑπομένειν* reddi posse, 'partiri' non posse ; neque sententia Aristotelis verbo 'partiri' exprimi poterat.

5a27-36 : *Ὑπομένει γὰρ οὐδὲν τῶν τοῦ χρόνου μορίων, ὃ δὲ μή ἐστιν ὑπομένον, πῶς ἂν τοῦτο θέσιν τινὰ ἔχοι ; ... καὶ ὁ λόγος δὲ ὡσαύτως· οὐδὲν γὰρ ὑπομένει τῶν μορίων αὐτοῦ, ἀλλ' εἴρηταί τε καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι τοῦτο λαβεῖν, ὥστε οὐκ ἂν εἴη θέσις τῶν μορίων, αὐτοῦ εἴγε μηδὲν ὑπομένει.*

56.7-15. Nihil enim *patiuntur* particulae temporis, quod autem non est *patiens* quomodo hoc positionem aliquam habebit ?... Sed et oratio similiter ; nihil enim *patiuntur* particulae eius, sed dictum est et non potest amplius hoc sumi, quapropter non erit positio particularum eius, si quidem nihil *patiuntur*.

Quod orthographiam attinet easdem rationes secuti sumus in hoc textu ac in translatione **a** edenda, quamvis incerti simus utrum ille primum saeculo sexto an octavo originem habuerit. Quocumque modo res se habet, libri parum in dubiis huiusmodi rebus, si 'habund-' pro 'abund-' excipias, concordant.

10. *De librorum cognationibus.*

Ad librorum quos inspeximus cognationes plerumque implicitissimas quantum in nobis est breviter explicandas, primo eos qui translationem **a** vel puram vel fere puram sine commentario praebent consideremus, secundo eos qui incontaminatam editionem compositam **c** servant, tertio contaminatorum textuum varietatem, quarto codices commentarium Boethii continentes. Praemonendus tamen lector est cognationes rarissime vel simplices omnino vel puras esse, cum plerumque librarii exemplaribus usi sint ad textus transcribendos qui magis minusve, saepe maxime, in scriptura ipsa vel inter lineas vel in marginibus correcti erant : hoc testantur libri complures qui exstant correctorum opus adhuc servantes, quorum nonnulli exempla insignia sunt artis criticae edendi aetate media exercitae [1].

Omnia quae dicturi sumus cum auxilio legenda sunt tum figurarum quibus cognationes exhibemus (pp. LX-LXIII) tum appendicis in qua specimina variarum lectionum e nonnullis codicibus selectarum collegimus (pp. 179-185, sed in primis adnotationum criticarum latinarum duobus textibus subiectarum. [2]

a) De translationis **a** textu puro sine commentario (vide tab. 2, p. LX). — Archetypum e quo memoria nostra fluxit certi sumus a Boethii ipsius scripto differens fuisse quod 8a38 (= 22.26) post 'est' verba 'quoniam — habere' praeberet secundum textum qui in lemmate commentarii (**b**) habetur, nisi quis potius dicat archetypum quasdam exhibuisse correctiones a Boethio insertas ad textum parandum quem erat commentaturus. Codex inde derivatus *Ei* nulli ceterorum codicum similitudine errorum propinquus est ; quod si hic illic eodem modo errat ac unus vel alter eorum, hoc magis casu quam cognatione factum est. Innumerorum fere errorum quos exhibet pauci sane alibi inveniri possunt. Sed tres reliqui libri qui hunc textum paene contaminatione expertem continent ex uno hyparchetypo

[1] Exempli gratia codex Parisinus bibl. nation. lat. 11129 (*Ep*) qui per totum fere opus correctus est, lectionibus innumeris translationis **a** in lineis ipsis vel inter lineas suppletis pro lectionibus editionis compositae vel erasis vel cancellatis, et codex Ambianensis bibl. municip. 404 (*Cb*) editionem puram **c** praebens, sed secundum textum contaminatum *k* correctam (vide tabulas 2, 4, 6).

[2] Vide etiam Addenda, pp. 254-255.

gallico fortasse (*g*) derivati esse videntur, Atrebatensem dico 862 (*Sv*) et duos qui tertiam quoque communem originem habent (g^1), Parisinum bibl. nation. lat. 2788 (*Fy*) et Venetum Marcianum Z.L. 497 (*Bs*) : tribus quaedam communia sunt quae ex editione **c** provenerunt, multo plura duobus *Fy* et *Bs*, in quibus praeterea una eademque praefatio invenitur e Boethii commentario extracta.

b) De editionis compositae textu incontaminato (vide tab. 1, p. xix et tab. 4, p. lxi). — Errores nonnulli omnibus libris huius textus communes sunt ; sed dici non potest utrum sint editori imputandi qui — codice usus uno minimum translationis **a** (sit *d*) et alio translationis **x** (sit *f*) — editionem conflavit an, ut magis est credendum, librario antiquo cuidam. Ea de causa nullo modo pro certo dicere possumus qui errorum in particulas e translatione **a** sumptas admissorum e codice quodam huius interpretationis provenerint, qui contra in archetypo nostrae memoriae editionis **c** originem habuerint. Nulla alia evidente cognatione cum aliis libris coniunguntur Aurelianensis 277 (*Ab*) et fragmentum Graecense (*Gr*), sed ex hyparchetypo quodam (ϕ) septem ceteri derivati sunt ; quattuor inter se artiore nexu coniuncti sunt — e communi fonte ϕ_1 provenisse videntur — Leningradensis bibl. publ. F.V. class. lat. 7 (*Lg*), Vercellensis arch. Capit. S. Eus. cxxxviii (*Vc*) gemini, (ex eodem fonte orti ϕ''), et similiter gemini ex alio fonte ϕ'_1 Carolsruhensis Augiensis clxxii (*Re*) et Parisinus bibl. nation. lat. 7193 (*Fu*) ; tres Ambianensis 404 (*Cb*), Parisinus bibl. nation. lat. 11129 (*E*ϕ), Parisinus bibl. Arsen. 912 (*Eb*) alium communem repetunt fontem ϕ^2. (Vide Addenda, pp. 254-5, de cod. Carnutensi 12, *Cu*).

c) De textuum contaminatorum varietate (vide tabb. 3-7, pp. lx-lxiii). — In magna multitudine librorum diversaque multiplicitate conexionum quibus textus contaminati inter se et cum editionibus puris ligantur difficile est plerumque ordines seriesque discernere quibus per classes codices distribuantur. Sed tres contaminationum formae distingui possunt — de quarta (*g*) iam supra diximus — e quibus vel trini vel plures libri derivati sunt, et aliae quarum testimonium in uno tantum codice invenimus. Formae duae in Germania meridionali vulgatae fuisse videntur, quarum alteram eamque antiquissimam Notkerus ille Sangallensis magister ineunte saeculo undecimo

in linguam teotiscam transtulit. Sex libros novimus qui exemplar primum (*j*) huius formae vario modo repetunt, purissimus quorum Monacensis bibl. publ. Bavar. 21564 (*Mü*) esse videtur, quamquam nonnulla praebet ex editione **a** derivata quae in ceteris non inveniuntur ; Coloniensis bibl. Eccl. Metropol. CXCI (*Kö*) plura ex editione **a** sua ratione sumpsit ; alia ex eadem editione sumpserat deperditus liber j_1 ex quo Sangallensem bibl. monast. 817 (*Gl*), Monacensem (olim Sancti Emmerani) bibl. publ. Bavar. 14372 (*Em*) et codicem deperditum a Notkero adhibitum (j'_1) — e quo libri duo eiusdem textum et translationem necnon commentarium continentes, Sangallenses bibl. monast. 825 (*Nt*) et 818 (*Nk*), fluxerunt — derivatos esse patet. Mixtiones translationis **a** et editionis **c** in his libris originem habuisse videntur e textu praecipue puro editionis **c** (fortasse e deperdito codice p_2, de quo supra videas, derivato), hic illic auxilio translationis **a** correcto. — Alterius germanicae (ut credimus) formae, cuius archetypum *h* nominamus (vide tabb. 2 et 3), duos minimum exstare scimus codices, Monacensem (olim Tegernseensem) bibl. publ. Bavar. 18480 (*Tg*) et Oxoniensem Bodl. Laud. lat. 49 (*Ol*), necnon fragmenta duo tertii, Oxoniensis scilicet coll. S. M. Magdal. lat. 267 (*Om*). Per quartam partem inde ab initio plerumque iteravit scriptor archetypi *h* editionem compositam, sed inde a 4b25 (= 13.25 et 54.22) fere constanter translationem **a** praebuit. Illud etiam proprium erat huius classis quod textum Categoriarum in eodem libro sequebatur Boethii commentarium. — Tertia et omnium numerosissima classis (vide tabb. 6 et 7), sed in se ipsa pluribus modis variata, e codice quodam *k* (sicut *j* fortasse e p_2 derivato) originem traxisse videtur. Classem hanc gallicam praecipue fuisse crediderimus, cum inter alios includat et codicem Theodorici Carnutensis (Carnut. 497, *Ch*), et Vaticanum lat. 8591 (*Va*) ei valde similem eoque antiquiorem (quem Floriaci scriptum esse opinamur)[1], et librum quo Abaelardus usus est in commentariis scribendis, Darmstadiensem denique bibl. Hass. 2282 (*Ad*) in Gallia scriptum et Adami, Parvipontani ut videtur, effigie ornatum. Hi quattuor et alii nonnulli alium fontem secundarium k_2 communem habuisse videntur. Sed iam saeculo undecimo exeunte vel duodecimo ineunte sub

[1] Vide *Note sull'Aristotele latino medievale* X, p. 106 adn. 2.

hac forma Categoriae per Italiam vulgabantur, cum ibi scriptus esse credatur — littera enim quae dicitur Beneventana est exaratus — codex olim Casinensis nunc Vaticanus Ottob. lat. 1406 (*Cs*) ; italici quoque sunt Patavinus bibl. Anton, 553 (*An*), Venetus bibl. S. Marci Z. L. 273 (*Mb*). *Cs*, *An* et *Mb* affines inter se sunt et unum fontem communem produnt (k_1) ; sed multo propinquiores sunt ad invicem, aliamque suam originem habuisse videntur (k_1') *An* et *Mb*. Omnibus libris huius classis quos iam enumeravimus nonullisque aliis commune hoc etiam est quod praeter Categorias — cum quibus fere semper coniungebantur Porphyrii Isagoge et Aristotelis De interpretatione — Boethii logica opuscula vel omnia vel quaedam continent. De ceteris qui huic classi adnumerandi sunt, vel ex toto vel partim, cum plerumque sua nova variarum contaminationum signa praebeant, hi laudentur : Erlangensis bibl. univers. 191 (*Hb*), Vindobonensis bibl. nation. Austr. 2498 (*Wi*) priore parte carens, Londinensis Lambeth. 339 (*La*), Florentini Laurentiani S. Marci 125 (*Fm*) et 166 (*Lm*), Mediolanensis Ambros. M. 62 sup. (*Am*), Vaticanus lat. 2982 (*Bo*), Patavinus bibl. univers. 1688 (*Pd*) secundam tantum partem operis continens. Cum iis vario modo coniuncti sunt codices alii qui in tabula sexta (vide infra, p. LXII) commemorantur, et libri impressi quos vidimus omnes (pp. XXXIX-XLIII et tab. 7, p. LXIII). — Huius classis archetypum editionem **c** hoc tantum cum translatione **a** mixtam exhibet, quod errores illius evidentes per hanc correcti sunt et verba complura ex hac sumpta sunt ad contextum magis perspicuum et sermonem latinum aliquanto puriorem reddendum. Sed plura ex **a** traxerunt librarii cui hic vel ille codex huius classis debetur. — Huic denique classi *k* partim sunt connumerandi codices Assisiensis 658 (*As*) in quem multa e translatione **a** fluxerunt, et Bruxellensis 5439-43 (*Br*) qui multa cum codice *Ab* textum purum editionis **c** exhibente habet communia. — Sed aliter e duabus editionibus contaminatus est codex Oxoniensis bibl. Coll. S. Trin. 47 (*Ot*), inter libros anglicos antiquissimus et insignissimus.

Libri impressi quorum quidem sufficientem notitiam habemus Categorias de quibus nunc res est sub quattuor praecipue formas praebent (vide tab. 7), quarum una eaque antiquissima (in primo enim libro impresso invenitur, Neapoli anno circiter MCDLXXV edito *Rs*) maxime vulgata fuit et per saecula plurima repetita (recentissima enim editio, quae in Patrologia Latina

habetur, *Mg*, textum hunc plerumque exhibet). Sub hac praecipue forma Categorias praebent editiones omnes quas vidimus commentarii Boethiani, duabus exceptis de quibus mox dicturi sumus : textus huiusmodi primo in editione principe commentarii, supra scilicet laudata *Rs*, invenitur, paucos post annos aliquantum mutatus (fortasse a Nicolao Iudeco qui e graeco fonte nonnulla traxisse videtur) inter Opera Omnia Boethii (*Ju*) anni MCDXCI et MCDXCVIII, iterum magisque mutatus a Iuliano Martiano Rota (qui editionem Iacobi Fabri Stapulensis, de qua vide infra, ad hunc usum adhibuit) in editione Boethii logici et theologici (*Ir*) anni MDXLIII, quae saepius iterata est. Rotae editionem in novam recensionem Operum Boethii accepit Loritus Glareanus, quae in lucem prodiit Basileae annis MDXLVI et MDLXX (*Lr*), atque inde repetita est in volumine LXIV Patrologiae Latinae Abbatis Migne annis MDCCCXLVII, MDCCCLX, MDCCCXCI (*Mg*). — Textus impressionis *Rs* nullam fere mutationem passus expositionem mediam Averrois a Guillelmo de Luna latine donatam comitatur in editione operum Aristotelicorum quam Nicoletus Vernia anno MCDLXXXIII (*Nv*) bis prodidit, quamque iteraverunt alii anno MCDLXXXIX (*Bt*) et, Augustino Nifo curante, MXDVI (*Ni*) ; iterum cum Averrois expositione editus est anno MDXXX (?) ; eundem inseruit Theophilus Cremonensis commentario Gratiadei Esculani annis MXDI, MXDIII, MXDVI impresso (*Ge*). Post revisionem Nicolai Iudeci (?) eo varia ratione usi esse videntur editor commentarii Gerardi de Harderwyk anno MXDIV (*Hw*), Iacobus Faber Stapulensis anno MDI (*Jq*) et editor Aegidii Romani anno MDVII (*Eg*). — Impressionem aetate secundam, anni scilicet MCDLXXIX Augustensem (*Ke*), quae alteram formam e quattuor praebet, nihil fere mutatam quinquies iteravit Martinus Landberg Lipsiae ultimo saeculi quinti decimi decennio (*Lb*). — Tertius est textus *o* quem inter opera logica typis edidit anno MCDLXXXI Philippus Petri Venetus (*Ph*) et quem Burlei commentario editor ignotus inseruit eodem anno (*By*) necnon, aliquantum mutatum, annis MCDLXXXVIII, MXDII et MXDVII (*Wb*), et alter editor commentario Antonii Andreae, anno fortasse iam MCDLXXXI, certe annis MXDII, MXDVI (*Ae*) ; eundem cum *Ju* composuisse videtur editor commentarii Gerardi de Harderwyk (*Hw*). — Quartam e tribus prioribus non dependentem textus formam praebet impressio parisina Udalrici Gering anni circiter MCDLXXXIV (*Gg*), qua praecipue usus est Iacobus

Faber Stapulensis. Sed editio [1] quam doctissimus hic vir prodidit anno MDI (*Jq*) nonnulla ex editione *Ju* derivavit, alia e translatione nova Ioannis Argyropuli, quaedam fortasse e libris graecis quos in suo commentario Categoriis adiecto Faber citat. Quae editio saepissime iterata per saeculum decimum sextum fuit, bis minimum commentario Boethii inserta est, annis scilicet MDXI et MDXLI (*Pg*). Ex ea quoque nonnulla sumpserunt Rota (*Ir*) et editor Aegidii Romani (*Eg*) eamque iterum cum suo commentario edidit Sylvester Maurus (MDCLXVIII). — Argyropuli translationem non sufficienter indagavimus ut certi fieremus eum interpretatione antiquiore (**c**) usum esse, quod tamen nobis e similitudine lectionum complurium probabile esse videtur. Neque investigavimus quam formam editionis compositae **c** repetat pars quae cum translatione Guillelmi de Moerbeka composita est in editione Guilelmi Dorothei (vide pp. LXXI-LXXII) vel ea quae ad componendum textum editionis Lovaniensis anni MCLX adhibita est.

d) De textu commentario Boethiano in libris manu scriptis interiecto (vide tab. 3) [2]. — Archetypum commentarii a Boethio in Categorias conscripti textum opusculi Aristotelici secundum translationem **a** (fortasse, ut supra p. XLIX diximus, revisam correctamque) in particulas divisum neque integrum continuisse videtur. Hic illic capitula brevia omissa sunt, saepius prima et ultima verba particularum laudantur verboque 'usque' coniunguntur. Sed duobus modis variaverunt librarii distributionem textus Aristotelis, vel particulas in brevissima lemmata per totum opus aut hic illic minuendo, vel eas contra supplendo et longiores quae breves erant reddendo. Qui textum ampliorem vel integrum praebere voluerunt aut antiquas particulas retinentes supplementa e translatione **a** aut ex editionis compositae **c** textu contaminato aliquo sumpserunt, aut etiam particulas antiquas sustulerunt et totum per partes textum contaminatum inseruerunt. — Cognationes inter hos codices raro perspicuae sunt ; sed nonnulli errores qui omnibus libris sunt communes archetypum indicant *m* a Boethii autographo aliquantum distantem. Nulla alia necessitudine ceteris codicibus coniunctus esse videtur liber antiquissimus isque misere mutilus Frisingen-

[1] De anno primae impressionis vide *Jacobus Veneticus Grecus* ('Traditio' VIII 1952), pp. 299-300.

[2] Vide etiam Addenda, p. 255. De libris impressis vide quae paulo superius diximus.

sis nunc Monacensis 6374 (*Fi*), qui miro quodam modo hic illic cum codice purissimo translationis **a** Einsidlensi 324 (*Ei*) concordat. Proximitatem quandam inter se manifestant Hafniensis Thott 168 fol. (*Kb*), Barcinonensis Ripoll 83 (*Bc*), Bernensis 265 (*Ar*), Monacensis 18480 (*Tg*), artiorem *Bc*, *Ar*, *Tg* (magisque inter se *Ar* et *Tg*). Simillimi sibi invicem sunt *Tg* et Oxoniensis Laud. 49 (*Ol*), minus tamen quam in textu ipso Categoriarum, atque inter se Dunelmensis A.II.11 (*Dh*) et Parisinus bibl. nat. 6398 (*Pu*), qui etiam cum Abrincensi 229 (*Sl*) communitatem quandam exhibent. *Bc* saepe cum Vindobonensi 2269 (*We*) convenit necnon cum Monacensi 21564 (*Mü*), quamquam hic cum editione **c** suo more contaminatus est ; hi tres codices, vario modo hic, eodem illic, cum *Sl* quandoque concordant. Sicut *Mü*, lectiones particulasque nonnullas, sed non semper easdem, ex editione **c** sumpserunt codices alii germanici Monacenses 14372 (*Em*) et 6403 (*Gs*) ; *Ol* et *Tg*, et ipsi germanici, eiusdem generis contaminationem passi sunt, at specie diversissimam ; ex eo fonte nonnulla traxit librarius qui codicem Parisinum 11129 (*Ep*) vel eius exemplar scripsit. Sed hi omnes et alii complures raro vel numquam plura aut pauciora praebent quam quae in lemmatibus archetypi legebantur. Brevissima contra lemmata praebet codex Florentinus Laur. S. Marci 114 (*Lu*), diversoque modo Erfordiensis 8º 66 (*Eu*) ; quandoque longiora, saepius breviora (nonnumquam eodem modo ac *Lu*) Florentinus Laur. S. Marci 130 (*Lz*) ; rarius breviora Venetus Marc. VI.27 (*Vz*). Lemmata hic illic e translatione **a** auxit Venetus Marc. Z.L. 272 (*Ve*), ex editione **c** vel auxit vel mutavit *Lz*. Ex hac editione lemmata complevit in parte priore (usque ad 6a35 = 13.19) codex Cordubensis 139 (*Co*) et per totum opus Vaticanus Ross. 537 (*Vr*), ambo saeculi undecimi. Pro lemmatibus, particulas totas et omnes editionis continuae inseruerunt, sicut iam explanavimus, qui commentarium typis imprimendum curaverunt. Ita factum est ut in his, et in libro manu scripto Parisino bibl. nation. 6400 quem e libro impresso aliquo descriptum esse crediderim, textus Categoriarum non sit memoriae lemmatum coniungendus.

Cognationes fere omnes de quibus nuper diximus subiectis figuris illustrantur. In his tamen dependentiae et convenientiae non semper stricte valent, sed magis proximitates quasdam quam immixtas familias indicant. Continuis vel ruptis lineis vel punctorum seriebus maiorem vel minorem conexionis vim significare voluimus.



TABULA 2. Codices translationem **a** vel puram vel paulum contaminatam praebentes.

g = contaminatio gallica prior *h* = contaminatio germanica posterior *j* = contaminatio germanica prior *k* = contaminatio gallico-italica

Bs = Ven. Marc. Z. L. 497 *Ei* = Einsidl. 324 *Fy* = Paris. B. N. 2788 *Ol* = Oxon. Laud. 49 *Om* = Oxon. Magd. 267 *Sv* = Atrebat. 862 *Tg* = Monac. 18480



TABULA 3. Codices manu scripti commentarii Boethiani.

Ar = Bern. 265 *Bc* = Barcinon. Ripoll 83 *Br* = Bruxell. 5439-43 *Co* = Cordub. 139 *Dh* = Dunelm. A.II.11 *Eu* = Erford. 8° 66 *Fi* = Monac. 6374 *Kb* = Hafn. Thott 168 fol. *Mü* = Monac. 21564 *Ol* = Oxon. Laud. 49 *Pu* = Paris. B.N. 6398 *Sl* = Abrinc. 229 *Tg* = Monac. 18480 *Vr* = Vatic. Ross. 537 *We* = Vindob. 2269



TABULA 4. Codices editionem **c** praecipue puram praebentes (vide etiam Addenda, p. 254).

Ab = Aurel. 277 *Br* = Bruxell. 5439-43 *Cb* = Ambian. 404 *Eb* = Paris. Ars. 912 *Ep* = Paris. B. N. 11129 *Fu* = Paris. B. N. 7193 *Gr* = Graec. 1703/122 *Lg* = Leningr. F. V. lat. 7 *Ot* = Oxon. Trin. 47 *Re* = Carolsruh. Reich. CLXXII *Vc* = Vercell. CXXXVIII



TABULA 5. Codices editionis **c** cum **a** contaminatae (contam. german. prior *j*).

Em = Monac. 14372 *Gl* = Sangall. 817 *Kö* = Colon. CXCI *Mü* = Monac. 21564 *Nk* = Sangall. 818 *Nt* = Sangall. 825



TABULA 6. Codices editionis **c** cum **a** paulum contaminatae (contam. gall.-ital. *k*).

Aa = Patav. Ant. 401 *Ad* = Darmst. 2282 *Ai* = Patav. Ant. 485 *Am* = Mediol. Ambr. M. 62 sup. *An* = Patav. Ant. 553 *As* = Assis. 658 *At* = Patav. Ant. 557 *Bo* = Vatic. lat. 2982 *Br* = Bruxell. 5439-43 *Ch* = Carnut. 497 *Cs* = Vatic. Ott. 1406 *Fm* = Florent. Laur. S. Marci 125 *Fn* = Florent. Centr. Conv. Soppr. J.10.12 *Hb* = Erlang. 191 *Kl* = Claustroneob. 671 *Kn* = Claustroneob. 1098 *La* = Londin. Lamb. 339 *Lm* = Florent. Laur. S. Marci 166 *Mb* = Ven. Marc. Z. L. 273 *Np* = Neapol. Nat. Vienna 47 *Pd* = Patav. Univ. 1688 *Po* = Patav. Univ. 848 *Sl* = Abrinc. 229 *Un* = Londin. M. B. Arunt. 392 *Va* = Vat. lat. 8591 *Vn* = Ven. Marc. VI. 168 *Wi* = Vindob. 2498



TABULA 7. Libri impressi editionis **c** paulum contaminatae.

κ, α, ι, ν = libri graeci.

Ae = Venet. 1492, 1496 (cum comm. A. Andreae) *Argyr.* = translatio Argigropuli *Bt* = Venet. 1489 (cum expos. Averr.) *By* = Venet. 1481 (cum comm. Burl.) *Cp* = Colon. 1500 ('Copulata') *Eg* = Venet. 1507 (cum comm. Aeg. Rom.) *Ge* = Venet. 1491, 1493 (cum comm. Gratiad. Esc.) *Gg* = Paris. ca. 1484 (Gering) *Hw* = Colon. 1494 (cum comm. Ger. Hard.) *Ir* = Venet. 1543, 1547 etc. (cum comm. Boeth. : I. M. Rota) *Jq* = Paris, 1501, 1507, 1510 etc. (Fab. Stapul.) *Ju* = Venet. 1491, 1498 (cum comm. Boeth.) *Ke* = Aug. Vind. 1479 *Lb* = Lips. 1490-1500 (Landsberg) *Lr* = Basil. 1564, 1570 (cum comm. Boeth.) *Mg* = Paris. 1847, 1860, 1891 (*Patr. Lat.* LXIV) *Ni* = Venet. 1496 (cum expos. Averr.) *Nv* = Venet. 1483 (cum expos. Averr.) *Pg* = Paris. 1511, 1541 (cum comm. Boeth.) *Ph* = Venet. 1481 (Phil. Ven.) *Rs* = Neapoli *ante* 1479 *Wb* = Venet. 1492, 1493, 1496 (cum comm. Burl.)

11. *De adnotationibus latinis translationi Boethii* (**a**) *subiectis.*

Adnotatio prima quam textui translationis Boethianae subiecimus locos omnes indicat qui in archetypo commentarii Boethii desiderabantur. Cum nostrum non esset commentarii historiam adnotatione illustrare, nihil diximus de praesentia vel absentia locorum in codicibus qui spurias contaminatasque recensiones praebent ; harum specimina nonnulla in appendice dabimus (vide pp. 184-185).

Adnotatio altera latina — quae tertium obtinet locum sub translationis textum — varias lectiones nonnullas continet de innumeris quas e manu scriptis libris vel puris vel contaminatis coacervavimus. Cuius selectionis hae fuerunt rationes :

1) codicum varias lectiones praebuimus, etiam si in uno tantum libro inveniantur, quae tantundem valent ad textum restituendum ac lectiones quas ipsi in contextu praetulimus ;

2) cum ad hanc rem nihil nisi raro inter se differant *Fy* ac *Bs*, neque inter se *Tg*, *Ol* et *Om*, similiterque nihil conferant codices ceteri contaminati, satis habuimus *Ei*, *Sv*, *Fy* constanter citare, necnon *Tg* sicubi translationem **a** exhibet ;

3) alias singulorum codicum lectiones varias tantum commemoravimus cum ad historiam traditionis cognoscendam vel ad proprietates uniuscuiusque libri ostendendas satis valere credidimus ;

4) lectiones omnes commemoravimus quibus textus commentario insertus (**b**) a textu quem imprimimus differt ; sed lectiones varias huius textus quae in codicibus commentarii invenimus numquam addidimus cum hae suum locum habeant in editione commentarii ;

5) lectiones quoque alicuius momenti omnes inclusimus quae vel duobus vel pluribus communes sint codicum *Ei*, *Sv*, *Fy*, *Tg* ;

6) lectiones denique addidimus quae in **c** inveniuntur, si eas crederemus e codice corrupto translationis **a**, ab editore textus illius compositi adhibito, provenisse ;

7) si testimonium textus **b** desit, hoc siglum quadratis uncis inclusimus, [**b**] ; eodem modo [**c**] addidimus si testimonium editionis compositae ad textum translationis Boethianae nihil conferre possit quod e translatione **x** proveniat ;

8) quandocumque incerti fuimus utrum lectio quaedam in archetypo textus **b** exstitisset necne, quod memoria varia sit,

siglum illud rotundis uncis inclusimus, (**b**) ; similiter intelligatur de (**c**) ;

9) si de lectione quadam editionis **c** incerti fuerimus ex utra translatione, **a** an **x**, provenerit, astcriscum addidimus, **c*** ;

10) quandocumque lectionem variam in adnotationem recepimus, testimonium librorum omnium *Ei*, *Fy*, **b**, **c**, necnon *Sv* ubi liber hic extat, et *Tg* inde a 4b25 (= 13.25) vel implicite vel explicite significamus : implicite, quod silentium indicat lectionem nostri textus illis libris praeberi qui in adnotatione non commemorentur (hac de causa sigla illa adnotationi in unaquaque pagina praemisimus) ;

11) codices alios (*Bs*, *Ol*, *Om*, necnon ante 4b25 = 13.25 *Tg*) rarissime citavimus, vel cum deficientem lectionem codicis *Fy* aut codicis *Tg* suppleant, vel alia de causa ;

12) lectiones secunda vel aliis manibus insertas numquam citavimus.

12. *De adnotatione latina editioni compositae* **c** *subiecta.*

Lectionum numerum sub textum editionis **c** praebuimus minimum, si cum multitudine codicum quos excussimus conferatur et cum infinitis fere lectionibus quas in illis invenimus. Sed obscuritatem vitare volentes eas selegimus quibus lector de textu genuino melius doceri posset et traditionis antiquissimae vel textus incontaminati vel contaminationum praecipuarum notitiam aliquam acquirere. Cur itaque in primis codices *Re*, *Vc*, *Cb* et *Ab* traditionis incontaminatae, codicem *Gl* traditionis germanicae antiquioris contaminatae, gallicae et gallico-italicae *Ch*, *Cs* in exempla elegerimus, quae supra de cognatione diximus et figuris ostendimus declarant. — Cum rationes adnotationis huius componendae similes fuerint rationibus quas de adnotatione translationis Boethii explicavimus, pauca tantum hic addantur :

1) multo saepius quam in adnotatione illa codices alios ac eos quorum sigla in singulis paginis iteravimus citandos esse credidimus, praecipue cum lectiones quaedam vulgatissimae fuissent etiam si in nullo eorum codicum quos constanter citamus inveniantur (hac de causa *Lm* classis *k*, *Mü* classis *j* saepe attulimus), vel ad varietatem contaminationis iam ante saeculum duodecimum incipiens ostendendam (ideo *Va* saepe, cum

Cs et *Ch* comparandum, laudavimus), vel quia codicis Carnutensis (*Ch*) imagines minimae photographicae quae nobis solae restant hic illic obscurae sint neque legi possint [1] ;

2) translationem **a** commemoravimus ubicumque cum lectione varia concordat quam aliqua de causa citavimus, plerumque ut ostenderemus quomodo ex illa contaminata sit editio **c** ;

3) in hac quoque adnotatione valent quae sub numeris 10) et 12) de adnotatione translationi Boethianae supposita diximus ;

4) codicis *Gl* non omnes concordantias cum **a** commemoravimus.

13. *De librorum graecorum a translatoribus adhibitorum cum libris graecis aliis cognatione.*

E translatione Boethii **a** et e partibus translationis **x** quae in editione **c** servantur codicum graecorum duorum [2] notitia sufficiens acquiri potest quibus translatores usi sunt ut illos cum memoria graeca — quantum nobis est nota — comparare possimus, quamquam in rebus multis, quales sunt ordo verborum, articuli, subiunctivus et optativus modus, tempus aoristum vel perfectum, et varietates quaedam verborum, non semper interpretationes quamvis fidissimae graeca exemplaria omnibus numeris reddere possunt.

Libris graecis omnibus quos vel Bekker vel Waitz vel ipsi contulimus, fragmentis duobus papyraceis, necnon antiquis interpretationibus Syriacis, Armenia, Arabica, impressis editionibus Aldina et Paciana, et commentariis graecis [3] comparatis,

---

[1] Vide supra, p. xxv. Difficilis lectu est textus his locis : inde a principio usque ad 1a26 (= 47.24), 5a8-6a3 (= 55.16-57.25), 13a9-22 (= 72.26-73.10), 14a12-18 (= 75.8-14) ; omnino fere legi non possunt 11a10-b9 (= 68.4-69.6) et 14b13-15a23 (76.12-77.28).

[2] Non omnino improbabile est varias lectiones in uno eodemque graeco codice inveniri potuisse. Si itaque credamus ambas translationes **a** et **x** Boethio esse tribuendas, non necessarium erit eum duobus usum esse libris graecis affirmare.

[3] Lectiones varias codicum *A B C n*, editionum impressarum Aldinae et Pacianae, translationum Syriacarum, Arabicae, partim Armeniacae, ipsi e libris vel manu scriptis vel impressis collegimus (de his omnibus vide quae diximus in praefatione textus graeci Oxoniae a.D. MCMXLIX et MCMLVI impressi ; sed lectiones tantum selectas illic edidimus, plures hic in usum sumpsimus). Lectiones ceteras ex adnotatione Theodori Waitz (*Organon graece* I, Lipsiae 1844), e Commentariis in Aristotelem Graecis (vol. IV.1,2,4 ; VIII ; XII.1 ; XIII.1 ; XVIII.1) a Busse et Kalbfleisch editis, ex adnotatione Frederici Conybeare ad interpretationem Armeniacam (Oxoniae, 1892), denique e fragmentis papyraceis ab E. G.

vidimus codicem Λ — hoc siglo librum graecum vocamus quem a Boethio translationem **a** parante adhibitum esse opinamur — maxime codici *n* (Mediolanensi Ambros. L.93 sup.) similem fuisse, si errores codicis *n* nonnullos eosque nullius momenti excipias. Sicubi Λ cum *n* non consonet, plerumque cum Γ, id est cum graeco exemplari a Georgio Syro adhibito, concordat ; rarius cum neutro horum, sed cum graeco codice *B*, rarissime cum aliis codicibus graecis vel exstantibus vel ab antiquis translatoribus in usum captis contra illos tres (*n*, Γ, *B*). Compluribus locis Boethius suam habet lectionem cui nulla respondet graeca nobis nota, sed utrum in Λ eam invenisset an errore vel arbitrio suo inseruisset aut mutavisset dici non potest.

Non multum differebat — ut ex particulis quae exstant apparet — codex λ (ex quo textum **x** translatum esse supponimus) a codice Λ. Lectionum quibus ab invicem distinguuntur totidem fere utrumque codici *n* propinquiorem ostendunt, totidem ab illo distantiorem ; sed aliquanto propior λ quam Λ codici graeco *B* fuisse videtur et codicibus *I* et *P* quibus usi erant Iacobus et Sergius Syri interpretes. Nulla contra cognatione coniunctus esse videtur λ cum ceteris quos novimus codicibus graecis.

14. *De adnotatione graeco-latina editionibus* **a** et **c** *subiecta.*

Cum, sicut supra diximus, codicem Graecum Λ adhibuerit Boethius ad translationem **a** conficiendam magis codici *n* propinquum quam alii cuiquam cuius notitiam habeamus, eas tantum lectiones in apparatu graeco-latino inclusimus quibus Λ ab *n* differre videtur (ideoque siglum *n* in unaquaque pagina adnotationi praemisimus)[1], cumque, post *n*, similior Λ fuerit codicibus Γ et *B*, horum sigla inter rotundos uncos addidimus quandocumque Λ contra *n* cum horum utroque vel alterutro concordat. Quod si ille neque cum *n* neque cum Γ consonet, sed cum *B* et alio codice ab antiquo translatore in usum capto — vel *P* vel *I* vel Δ — haec quoque sigla inseruimus ; si denique nec cum *n* nec cum *B* nec cum Γ, sed cum alio vel aliis reliquorum conveniat, hos siglo adduximus. Ita fit ut relatio concordantiae vel discordantiae codicis Λ ad *n* semper vel explicite

---

Turner editis (*The Oxyrhynchus Papyri*, part XXIV, Londinii 1957, pp. 126-129 ; num. 2403) derivavimus.

[1] Sed cum codice *B* fiet comparatio ubi *n* deficit (13a1-30 = 34.7-35.3).

vel implicite pateat, ad Γ et B illis tantum locis quibus Λ ab n discordat et cum illis concordat, ad P, I, Δ cum Λ ab n et Γ discordat sed cum B et illis concordat, ad ceteros libros tunc solum cum Λ a tribus n, Γ, B discordat. — Aliquotiens concordantiam vel discordantiam indicavimus inter graecam memoriam et lectiones varias memoriae latinae, tunc scilicet cum crediderimus alicuius momenti talem esse relationem.

In adnotatione graeco-latina editionis compositae **c** aliam secuti sumus rationem, quia, sicut diximus, similitudo textus graeci λ, qui in translatione **x** effinctus est, cum Λ maxima fuerat ; eas enim tantum lectiones adduximus quibus ille ab hoc diversus fuisse videretur, concordantiam in primis indicantes harum lectionum — ubicumque exsistit — cum codicibus n, B, Γ, Δ, I, P, secundo loco cum C, d, e, f, g, u.

In ambabus adnotationibus de lectionibus latinis quae nulli textui graeco nobis noto respondeant solas adnotavimus quas crediderimus e variis graecis lectionibus, non ex arbitrio translatoris vel genio latinae linguae, ortas esse.

De translatione Moerbekana Categoriarum et lemmatum Simplicii.

Anni MCCLXVI mense martio perfecit Guillelmus de Moerbeke ingentem laborem commentarii Simplicii in Categorias latine transferendi [1]. Nostrum non est de commentarii interpretatione

[1] Quo tempore perfecta sit interpretatio commentarii e subscriptione operis cognoscitur ; vide e. g. codd. Toletanum bibl. capit. 47.11 (*Pb*), Vaticanum arch. Basil. H. 6 (*Ba*), Venetum Marc. lat. VI. 152 (*Jv*). Utrum tunc Guillelmus paenitentiarius et cappellanus pontificis fuerit et Viterbii apud curiam versatus sit — quod nullis nisus documentis affirmavit Martinus Grabmann (*Guglielmo di Moerbeke O. P., il traduttore delle opere di Aristotele*, Romae 1946, pp. 48-49 et 128-129) — necne nescimus. Quamquam nomen interpretis nullus liber profert, non dubitamus quin recte illi translatio commentarii Simplicii et Categoriarum ipsarum sit tributa. Ne plura dicamus conferat lector indicem nostrum verborum cum indicibus aliarum translationum Guillelmi (Aristotelis *De arte poetica*, ed. E. Valgimigli, L. Minio-Paluello, Aet. Franceschini, Brugis-Parisiis 1953 ['Aristot. Lat.' XXXIII] ; Themistii *Commentarium in De anima*, ed. G. Verbeke, Lovanii-Parisiis 1957 ['Corp. Lat. Comment. in Arist. Graec.' I] ; Procli *Elementatio Theologica*, ed. C. Vansteenkiste, 'Tijdschrift voor Philosophie' XIII 1951, pp. 263-302 et 491-532, et XIV 1952, pp. 503-546 ; Procli *Commentarium in Parmenidem* et Platonis *Parmenides*, ed. R. Klibansky et C. Labowsky, Londinii 1953 ['Corp. Platon. Med. Aevi—Plato Lat.' III]), et videat quae diximus in *Guglielmo di Moer-*

tractare vel eam edere, sed cum omnes fere eius codices intersertam Simplicii capitulis translationem contineant Categoriarum ipsarum, de duabus simul aliqua dicenda nobis sunt.

1. *De binis translationibus deque differentiis inter textum Categoriarum integrum et lemmata.*

Libri graeci Simplicii commentarium continentes lemmata vel brevia vel longiora textus Aristotelici praebent, eorum nullus textum integrum per partes divisum [1] ; libri contra latini quos vidimus, praeter duos qui fragmenta continent, non solum commentarium cum lemmatibus brevibus praebent, sed — lemmatibus ipsis praemissas — particulas totas (vel ex totis breviatas) opusculi Aristotelici quae erant commentandae. Utrum Guillelmus codicem graecum nunc deperditum prae oculis habuerit in quo duplex hoc testimonium verborum Aristotelis inveniretur, an ipse separatim commentarium cum lemmatibus ac opusculum totum reddiderit, deinde — vel ipse vel editor quidam alius — hoc per partes secuerit et suo loco particulam quamque inseruerit dubitari potest. Nostra vero opinio est eum opus utrumque separatim transtulisse. Liber enim graecus cum quo mire translatio concordat — Venetus Marc. graec. 224 (*J*) — lemmata brevissima profert, non particulas integras ; codex insuper Parisinus bibl. nation. lat. 16080 (*Gf*), qui commentarii continet primas paginas, solum lemmata brevissima in hac parte praebet sine duplicatione textus vel completi vel breviati ; hic codex, multis de causis insignis, Godefridi de Fontibus erat, et e bonis libris descriptus est [2] ; neque videmus cur particulas textus Aristotelici e medio tollere voluerit editor ; veri similius esse credimus partem commentarii e codice descriptam esse qui translationem a Guillelmo confectam operis Simplicii non opusculi Aristotelici contineret. Differentiae denique, quas mox indicabimus, inter lemmata et textum integrum facilius admitti potuerunt in opera duo separatim quam simul translata.

---

beke traduttore della Poetica di Aristotele, 'Riv. di Filos. Neo-Scol.' XXXIX 1947, pp. 10-19, vel quae scripsit G. VERBEKE, *Guillaume de Moerbeke traducteur de Jean Philopon*, 'Rev. Philos. de Louv.' XLIX 1951, pp. 223-235.

[1] Vide editionem textus graeci in Comment. in Arist. Gr. VIII et praefationem Caroli Kalbfleisch.

[2] De hoc libro dicturi sumus in *Note sull'Aristotele latino medievale* XIV ('Riv. di Filos. Neo-Scol.' LIII 1961).

Differunt hic illic translationes duobus modis : primo quod textus graecus lemmatum a textu integro Categoriarum quem Guillelmus transferebat nonnullis locis discordabat, secundo quod Guillelmus ipe verba latina interpretando variabat. Quarum differentiarum exempla subicimus :

1b8-9 (= 44.2 Kalbfl.) : Verba *μὲν* et *καθ' ὑποκειμένου δὲ οὐδενὸς λέγεται* una cum codicibus graecis Categoriarum *u* et *C* legebat Guillelmus, una cum compluribus codicibus non habebat Simplicius :

Textus integer (86.9-10 nostrae edit.) : ... eorum que in subiecto *quidem* est, *de subiecto autem nullo dicitur.*	Lemma (123.6) : ... eorum que in subiecto est.

1b6 (= 46.2) : *τινός* cum *u* legebat Guillelmus, ignorabat cum aliis Simplicius.

T. int. (86.6) : ... de subiecto *aliquo* dicitur.	Lemma (123.7) : ... de subiecto dicitur.

2a10 (= 60.12) : *νικᾷ* cum compluribus codicibus legebat Guillelmus, cum Boethio et duobus translatoribus Syriacis ignorabat Simplicius.

T. int. (87.7) : ... currit, *vincit.*	Lemma (123.11) : ... currit.

14b23 (= 418.21) : codex graecus Guillelmi habebat sicut alii plerique *λέγοιτ' ἄν*, sed Simplicii sicut *B λέγεται* :

T. int. (115.3) : ... *dicetur utique.*	Lemma (127.58) : ... *dicitur.*

15b1 (= 432.22) : lemma in codice Simplicii quo usus est Guillelmus indubitanter *ἔτι* pro *ἔστι* praebebat, quam lectionem nullibi invenimus (sed codex Simplicii *J* in hac parte deficit) ; Simplicius deinde lectionem vulgatam habebat *κίνησις ἠρεμίᾳ ἐναντίον*, codex contra Categoriarum a Guillelmo adhibitus praebebat *κινήσει ἠρεμία*, sicut *u*, *φ*, *λ*, *P*, et *ἐναντία* sicut *A*, *C*, *Λ* :

T. int. (116.16) : *Est* autem simpliciter *motui* quidem *quies contraria.*	Lemma (127.61) : *Adhuc* autem simpliciter quidem *motus quieti contrarium.*

Sequentibus vero locis Guillelmus verba variavit interpretando :

1b15 (= 51.29) *τις* = T. int. (86.14) aliqui = Lemm. (123.9) quidam ;
1b16 (= 54.22) *ἑτέρων* = (86.16) alterorum = (123.10) diversorum ;
2a11 (= 75.24) *κυριώτατα* = (87.8) propriissime = (123.12) principalissime ;
9a14-15 (= 242.1) *δρομικούς*, *ὑγιεινούς* = (102.29) cursores, salubres = (126.40) cursivos, valitivos ;
13a36 (= 399.10) *ἔφυσεν* = (112.8) protulit = (127.52) produxit.

2. *De Categoriarum textu interpretationi recentiori commentarii Simplicii interiecto.*

Anno MDXL/MDXLI edidit Guilelmus Dorotheus — tunc prior Eremitanorum patrum S. Augustini Venetiis — novam translationem commentarii Simplicii in Praedicamenta [1]. In epistula ad philosophiae professorem Sebastianum Foscarenum operi praemissa officium et varietatem interpretum descripsit, quorum ultimam et pessimam speciem dicit eorum esse qui

> verba et sensus non vertunt, sed plane evertunt, quorum officinam ingressus est is, qui hoc Simplicii commentarium olim in Romanum eloquium transtulit, linguae utriusque et Graecae et Latinae non admodum peritus, ...

Sed praedecessorem suum Guillelmum de Moerbeke quem nullo interpretis merito dignum iudicabat, non indignum habebat cuius versionem Categoriarum fere integram furtim sicut propriam commentario insereret.

Dorotheus enim brevia lemmata commentario a Simplicio interiecta omisit, sed integrum textum Aristotelicum, in particulas discretum, Guillelmum imitatus addidit. Ut tamen minus appareret hanc operis partem alienam esse, Categoriarum latinarum initium, usque ad 2a14 (= 87.10 nostrae editionis) ita mutavit, Guillelmi locutiones complures aliis verbis reddens vel suis vel ex editione composita **c** sumptis, ut translatio nova videri posset ; lineas quasdam quae immediate sequuntur usque ad 2a19 (= 87.15) ex editione **c** plerumque derivavit, plures (usque ad 3a6 = 89.10) verbatim ex eadem editione descripsit, sed reliqua omnia e codice translationem Guillelmi praebente accuratissime traxit et iteravit. Ne tamen Dorotheus sua laude privetur, dicamus oportet eum Moerbekanum textum hic illic recta coniectura emendavisse, nonnumquam — vel graeco vel antiquiore latino usus libro — in magis genuinam reduxisse lectionem.

---

[1] De Guilelmo Dorotheo vide D. A. PERINI, *Bibliographia Augustiniana* II, Florentiae 1931, pp. 38-39. — De libris impressis vide infra, p. LXXIII. — Initium et finem commentarii secundum hanc translationem in Caroli Kalbfleisch Praefatione in Simplicium graecum ('Comm. in Arist. Graeca' VIII, pp. XVIII-XIX) invenies.

3. *Librorum translationem Guillelmi de Moerbeke continentium brevis recensio.*

Categoriae a Guillelmo translatae sine commentario Simplicii nullo codice vel manu scripto vel impresso asservantur, sed in decem libris manu exaratis invenitur una cum commentario ab eodem interprete translato ; maxima quoque pars quattuor minimum libris impressis exhibetur una cum Guilelmi Dorothei translatione commentarii. Duo insuper codices antiqui fragmentum quisque quoddam commentarii servant, quorum unum lemmata nonnulla continet.

† *Ef* s1. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 34 : saec. XIV$^{in.}$: fol. 1^{r}-97^{r}. [A.L.^{1} 870] φ
Contuli usque ad 4a21 (= 91.29), deinde hic illic usque ad finem.

*† *Hc* s2. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 12955 : saec. XVI : fol. 1^{r}-298^{v}. κ
Contuli usque ad 6a35 (= 96.25). [A.L.^{1} 627]

*†† *Pv* s3. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 14714 : (pars secunda) : saec. XIII, e bibliotheca monasterii S. Victoris : fol. 1^{r}-96^{v}. [A.L.^{1} 641] κ

*†† *Gf* s4. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 16080 : saec. XIII, e bibliotheca Godefridi de Fontibus, deinde Collegii Sorbonensis : fol. 115^{v}-128^{v}. [A.L.$^{1, s}$656] κ
Continet prooemium et initium commentarii (usque ad pag. 80.15, Kalbfleisch). Lemmata Simplicii praebentur, non textus Aristotelici partes, eaque usque ad 2a10 (= 87.7).

*†† *Jp* s5. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 16600 : saec. XIII-XIV, e bibliotheca Iacobi de Padua, deinde Collegii Sorbonensis : fol. 2^{r}-82^{v}. [A.L.^{1} 699] κ

*†† *Pb* s6. Toletanus, bibliothecae Capituli, 47.11 : saec. XIII, a Petro de Bafuinhe exaratus, e bibliotheca, ut videtur, archiepiscopi Gonzali : fol. 45^{r}-179^{v}. [A.L.^{2} 1232] φ

s7. Urbevetanus, bibliothecae communalis, 171, olim XIV.2.H (11) : saec. XIII-XIV : folium unum. [A.L.^{s} 2164]
Fragmentum hoc finem prologi et initium commentarii continet.

†† *Ba* s8. Vaticanus, archivi Basilicae S. Petri, H.6 : saec. XIII : fol. 37^{r}-158^{r}. [A.L.^{2} 1715] φ

*† *Vo* s9. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Ottobon. lat. 2049 : saec. XV (a.D. 1500) : fol. 1^{r}-129^{v}. [A.L.^{2} 1763] κ
Contuli usque ad 1b24 (= 86.23).

*†† *Vv* s10. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2067 : saec. XIII-XIV : fol. 1^{r}-70^{r}. [A.L.^{2} 1829] κ

*†† *Jm* s11. Venetus, bibliothecae S. Marci, lat. VI.151 (2219) : saec. XIV, e bibliotheca Iohannis Marchanovae, deinde coenobii S. Iohannis in Viridario Patavini : fol. 1^{r}-116^{r}. [A.L.^{2} 1621] κ

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, φ minoribus photographiis

*†† *Jv* s12. Venetus, bibliothecae S. Marci, lat. VI.152 (2562) : saec. XIV, e bibliotheca coenobii S. Iohannis in Viridario Patavini ; fol. 1r-98v. [A.L.² 1622] κ

*† *Do* s1e. Venetiis, 1540/1541 : apud Hieronymum Scotum.
« Simplicii summi peripatetici et platonici commentarium in decem Categorias Aristotelis quae Praedicamenta vocantur, excellentissimum cum sex principiis ab eodem Authore aeditis, nuper vero exactissime in linguam Latinam translatum. Guilelmo Dorotheo Veneto Artium atque Theologiae Doctore interprete ».

* s2e. Venetiis, 1543 : apud Hieronymum Scotum.
« Simplicii magni doctoris cognomento commentationes accuratissimae in Praedicamenta Aristotelis. Quibus postrema etiam sex illa fusius Praedicamenta explicantur quae strictim nobis Aristoteles velut per transennam practeriens ostendit : nuper diligentius in Latinam linguam translatae ». (Sine nomine interpretis ; sed impressio haec, sicut et duae sequentes, priorem sine ulla mutatione iterat).

* s3e. Venetiis, 1550 : apud Hieronymum Scotum.
(Titulus idem ac in editione anni 1543).

* s4e. Venetiis, 1567/1568 : apud Hieronymum Scotum.
« Simplicii Philosophi perspicacissimi Commentationes accuratissimae in Praedicamenta Aristotelis, nuper quam emendatissimis exemplaribus, innumeris pene locis integritati restitutae, et ab innumeris erroribus diligentissime castigatae ». (Sine nomine interpretis).

4. *De codicum Guillelmi cognatione.*

Quae de codicum cognatione dicturi sumus e collatione Categoriarum et lemmatum tantum, non commentarii, conclusimus ; de illis itaque solum ea valere volumus, quamquam credendum est eadem vel ex parte de commentarii quoque memoria dici posse.

Codice uno Parisino bibl. nation. lat. 16080 (*Gf*) excepto — fortasse etiam Urbevetano 171 quem non vidimus — omnes libri ex archetypo quodam (*n*) descendunt in quo iam translatio Categoriarum (*G*) et commentarii (*M*) in unum compositae erant, sed duabus classibus facile distinguendi sunt (*r* et *s* earum hyparchetypa sint) quarum una codices Vaticanum arch. Basil. H.6 (*Ba*), Toletanum Capit. 47.11 (*Pb*), Venetum Marc. lat. VI.152 (*Jv*) continet melioremque textum praebet, altera ceteros omnes. Classis prioris unusquisque liber suam habet lectionum seriem, ex quibus apparet — nisi fallimur — *Ba* errores codicis cuiusdam *r*' repetere, *Jv* alterius *r*'', *Pb* vero cum ex *r*' tum ex *r*'' pendere.



TABULA 8. Codices translationum Guillelmi de Moerbeke.

κ = archetypum Categoriarum graecum μ = codex graecus a Guillelmo adhibitus σ = lemmata graeca Simplicii

G = translatio integra Categoriarum M = translatio lemmatum

Ba = Vat. Arch. H.6 *Do* = edit. Dorothei (Venet. 1540, 1543 etc.) *Ef* = Erford. fol. 34 *Gf* = Paris. B. N. 16080 *Hc* = Paris. B. N. 12955 *Jm* = Ven. Marc. VI.151 *Jp* = Paris. B. N. 16600 *Jv* = Ven. Marc. VI.152 *Pb* = Tolet. Cap. 47.11 *Pv* = Paris. B. N. 14714 *Vo* = Vat. Ott. 2049 *Vv* = Vat. lat. 2067

Classis alterius tres distinguuntur formae, quarum una in uno codice Parisino bibl. nation. 16600 (*Jp*) invenitur (in hoc Simplicii lemmatibus praemittuntur breviatissima alia lemmata ex integra translatione sumpta, non particulae totae), altera (cuius primum deperditumque codicem vocamus s_1) in duobus geminisque libris Vaticanis, Ottob. lat. 2049 (*Vo*) et Vat. lat. 2067 (*Vv*), qui fortasse ex intermedio quodam codice descripti sunt s'_2, tertia (s_2), cuius propria est omissio quindecim lemmatum (9-11 et 13-24),

praecipue in Veneto Marc. lat. VI.151 (*Jm*). Codex Parisinus bibl. nation. lat. 14714 (*Pv*) ex utrisque s_1 et s_2 lectiones repetit, alter Parisinus eiusdem bibliothecae lat. 12955 (*Hc*) et Erfordiensis Ampl. Fol. 34 (*Ef*), cum plerumque ex s_2 pendere videantur (carent, sicut *Jm* et *Pv*, quindecim lemmatibus), contaminatum valde textum praebent. Unum eundemque fontem (s_2') ac *Pv* repetivisse videtur liber quo usus est Dorotheus, translator recentior commentarii, ad textum Categoriarum componendum (*Do*) et suae translationi per partes inserendum. Quae omnes cognationes in opposita tabula conspiciantur.

5. *De textu translationis Guillelmi restituendo, et de latina adnotatione.*

Fidelitas translatoris erga graecum exemplar maximae fuit utilitatis in hoc textu ad pristinam puramque formam restituendo cum inter varias lectiones saepe aeque valentes Aristotelis ipsa verba ostenderent quae essent eligendae. Rarissime coniectura correximus textum si una voce codices omnes errare viderentur ; bis 'enim' restituimus (5a18 = 93.3[2] ; 5a21 = 94.1) pro 'que' (quod iam fecerat, ut posterius vidimus, Dorotheus), quamvis incerti essemus et simus quomodo error oriri potuerit neque sciamus an compendium quoddam graecum pro γὰρ scriptum a Guillelmo non perperam solutum sit. Ceterum, in dubiis rebus lectiones codicum *Ba*, *Pb*, *Jv* lectionibus aliorum codicum praetulimus, cum — ut iam diximus — meliorem nobis textum offerre viderentur.

Categorias totas in unum e particulis per commentarium distributis restituere non dubitavimus, quod nulla repetitione particulae ordine se ad invicem sequantur integrumque constituant Aristotelis libellum, neque — ut supra diximus — credamus hunc primo disiectis membris a Gullielmo redditum esse, sed postquam latinus erat factus commentario accommodatum esse. Neque particulas distinximus, ne continuitatem operis disrumperemus vel numeris paginarum, linearum, capitulorum, et numeris litterisque bekkerianis alios adderemus. Sed qui quomodo Categoriae in Simplicii commentario divisae sint scire velit, lemmata videat pp. 121-127 eaque cum textu integro nostro comparet.

Orthographicae rationes quas Guillelmus secutus est e libris

manu scriptis patent easque ipsi secuti sumus. Quod si saepe 'velud', 'capud' in codicibus plerisque legantur, optimi vel semper vel fere semper 'velut' et 'caput' habent. In rebus incertis usum modernum magistrum habuimus ; 'quendam', 'numquam' et similia sicut in ceteris textibus scripsimus, sed 'Socratem' (quod apud Guillelmum invenimus quandoque) pro 'Socraten' (quod nullibi apud eum aperte reperimus).

In latina adnotatione integri libelli satis habuimus lectiones prodere in quibus vel duo vel plures codicum *Ba, Pb, Jv, Vv, Jm* concordant, nonnullas quae — cum alicuius sint momenti — in singulis apparent, adiectis siglis aliorum quoque codicum si crederemus hoc ad historiam textus vel eius genuinitatem vulgandam alicuius esse utilitatis. Sed, sicut fecimus in translatione Boethiana et in editione composita, quandocumque lectio aliqua in adnotationem est recepta, testimonium codicum omnium quos supra enumeravimus quorumque sigla ante adnotationem in unaquaque ima pagina dedimus vel explicite vel implicite notum fecimus.

Similibus rationibus adnotationem latinam lemmatum composuimus, sed codicem *Vv* in usum non sumpsimus ; et codicem *Gf*, qui particulas integras Categoriarum non continet sed lemmata tantum, et adhibuimus et citavimus.

6. *De libris graecis a Guillelmo adhibitis, de eorum cum reliquis libris graecis cognatione, et de graeco-latina adnotatione.*

Inter graecos libros Categoriarum quos novimus nullum invenimus qui valde — vel magis quam ceteri — similis sit codici quo Guillelmus usus est et qui e translatione fere perfecte restitui potest : huic siglum assignavimus μ. Mediam viam tenebat inter extremos textus graecae memoriae qui optime codicibus n et B — inter se maxime diversis — praebentur ; sed saepe cum codice a Boethio adhibito Λ consentit (hoc inde factum esse opinamur, quod Guillelmus translationem **a** vel potius editionem **c** prae oculis haberet), saepiusque cum u et C. Hoc dignum nota est, quia lectiones codicum n, B, Λ plerumque status diversos Categoriarum ostendunt antiquissimos — saeculorum scilicet quinti et sexti, sed lectiones varias codicum u et C recentioribus saeculi, decimo vel undecimo, ortas esse credendum est. Rarissi-

me contra codex μ cum libris graecis tardioribus (*a*, *b*, *e*, *f*, *g*) consentit ; quod si quandoque eum cum Aldi vel Pacii impressis textibus concordare videmus, suspicandum est editores illos lectiones Guillelmi ad suam rem sumpsisse.

De codicibus graecis commentarium Simplicii praebentibus quorum lectiones publici iuris fecit Kalbfleisch, Veneto scilicet Marc. gr. 224 (*J*) et Parisino bibl. nation. gr. 1942 (*A*) et editione impressa Veneta anni MID (*v*), longe proximus cognatione codici a Guillelmo adhibito — quem appellamus σ — est *J* (quod tamen mutilus est inde a 418.14 [textus Aristotelici 14a26]) ; [1] hoc tamen dicimus de lemmatibus tantum loquentes, cum commentarium ipsum non investigaverimus. Sed in tribus lectionibus concordat cum *A*, in tribus cum codicibus Aristotelicis contra *J* et *A*, in una contra *A*.

Adnotationem graeco-latinam Categoriis a Guillelmo translatis subiectam ita composuimus ut lectiones omnes quibus μ ab *n* differt — erroribus nonnullis codici *n* propriis omissis — recenseremus (sed vide supra, p. LXVII adn. 1), sigla codicum *B*, *C*, *u*, *A* lectionibus latinis adscribentes si cum his omnibus vel horum aliquibus μ concordaret ; quod si cum horum nullo, sed cum alio vel aliis consentiret ceterorum graecorum textuum nobis notorum, sigla horum adiecimus.

Eodem modo, in adnotatione lemmatibus subdita lectiones recepimus quibus σ a *J* differt (ab *A* in extrema parte ubi *J* deficit) ; et siglum *A* vel nomen Aristotelis (semel addito siglo codicis Aristotelici *n*) adiecimus ad significandam concordantiam cum altero codice vel cum textu Categoriarum.

De Pseudo-Augustini paraphrasi Themistiana

1. *De paraphraseos auctore et historia.*

« Tractatus de categoriis Aristotelis » — hoc titulo antiquitus inscriptus esse videtur liber de quo nunc agitur [2] — saeculo

[1] Quod Carolus Kalbfleisch (*o. c.* p. XVII) dicit, « hanc interpretationem e codice graeco Parisini *A* simillimo originem ducere inde apparet quod eisdem laborat lacunis quibus *A* (vide p. 421.25-28 huius [scilicet graecae] editionis) », parum valet cum exemplum illud ex ea parte operis sumptum sit quae in codicis *J* parte antiqua non servatur.

[2] De opusculo hoc brevissime tractaverunt Maurini editores (AUGUSTINI *Opera*, vol. I, Parisiis 1679, col. 439-440, et Append. 1-2, 21-22 ; eadem in P. L. XXXII,

quarto exeunte a sectatore quodam Themistii philosophi graeci et, ut videtur, Agorii Praetextati romani [1] conscriptus est vel e graeco sermone aptatus, non ut « omnia quae ab Aristoteles in Categoriis scripta essent transferrentur sed ut ea planius enarrarentur quae rudibus viderentur obscura » [2]. Quis opusculi huius auctor fuerit ignoramus, sed suspicati sumus sub nomine Augustini quem libri plerumque proferunt Albinum quendam latere cuius opera logica Boethius commemorans dixit se numquam vidisse [3]. Quod contra olim supposuerat Fabricius et nuper probare conatus est vir doctus et amicus noster Georgius Pfligersdorffer ab Agorio tractatum scriptum esse liber ipse reprobat in quo philosophi huius opinio quaedam suo nomine laudatur [4]. Sed anno circiter DCCLXXX vel DCCXC tractatum edens et Francorum regi Karolo dicans Alcuinus — primus fortasse — Augustino Hipponensi adscripsit, eiusque opus esse plerumque per saecula novem crediderunt viri eruditi. Saeculo tamen decimo quarto de adscriptione dubitaverat qui haec in codice Bruxellensi bibl. reg. 49.62 (*Bu*) scripsit vel alius quem ille sequebatur : « Utrum tamen hunc librum Augustinus fecerit, vel alius ad aliquem suum filium non est bene certum » (fol. 151v). Doctores tandem Maurini, exeunte saeculo decimo septimo, Augustino doctis rationibus abiudicaverunt librum de categoriis et in appendicem suppositorum operum reiecerunt, quos omnes postea editores secuti sunt.

Ante Alcuinum tractatu hoc usus iam erat Isidorus Hispalensis qui quaedam ex eo sumpsit ad capitula de logica in Etymologiis componenda ; sed Alcuinus totum ad suam Dialecticam conscri-

---

col. 1419-1420), et J. A. FABRICIUS, *Bibliotheca Graeca* III[4], Hamburgi 1793, p. 211 ; aliquanto prolixius Carolus Prantl (*Geschichte der Logik im Abendlande* I, Lipsiae 1855 et Graecii 1955, pp. 669-672). Vide etiam *The Text of the Categ.* (cf. supra, p. XII adn. 1), pp. 66-68, et G. PFLIGERSDORFFER, *Zur Frage nach dem Verfasser der pseudoaugustinischen Categoriae Decem* ('Wiener Studien' LXV 1950-1, pp. 131-137). — De operis titulis qui in libris manuscriptis leguntur vide adnotationem in principio textus (infra, p. 133), de iis qui in libris impressis vide infra, p. XCII-XCIII.

[1] « Ut erudito nostrae aetatis Themistio philosopho placet... » (p. 137.20-21 huius editionis) ; « cum nobis Themistii nostra memoria egregii philosophi magisterium non deesset » (p. 175.18-19) ; « ... 'iacere', sive, ut Agorius — quem ego inter doctissimos habeo — voluit, 'situs' » (p. 162.21-22).

[2] P. 149.1-2 huius editionis.

[3] *In librum Arist. Περὶ ἑρμηνείας commentarii secunda editio* I (p. 4.3-7 Meiser).

[4] Vide supra, adnot. 1 ; et G. PFLIGERSDORFFER, *o. c.*, pp. 135-137.

bendam compilavit [1], scholis gallicis germanicis italicis legavit per annos fere ducentos describendum legendum commentandum. Saepius fortassis quam ceteri aetate illa vulgati logicae artis libelli, cum antiquitate tum auctoritate vigentes — Aristotelis De interpretatione, Porphyrii Isagoge, Augustini vel Pseudo-Augustini Dialectica, Apulei denique *Περὶ ἑρμηνείας* — saeculis nono et decimo a scribis iteratus, a magistris explicatus est ; metrice contractus etiam est saeculo undecimo [2]. Glosa illa ampla, quam Heiricus ipse Autissodoriensis inter lineas et marginibus codicis Parisini bibl. nation. lat. 12949 (*He*) fertur adscripsisse, una cum tractatu vel integra vel ex parte, quandoque aucta et plus minusve mutata, in libris manu scriptis compluribus asservatur ; in codice Parisino bibl. nation. lat. 13953 uno tenore sine tractatu partim descripta est [3]. Paraphrasis haec a philosophis et theologis plerisque, in primis a Ioanne Scoto Erigena [4], citatur laudatur. Et cum primum Aristotelis genuinus libellus verbo de verbo latine redditus sub forma editionis compositae **c** in manus studentium venit, auxilio tractatus pseudo-Augustiniani adnotatus esse videtur, cuius rei testimonium glossae quaedam in codice Leningradensi (olim fortasse Corbeiensi) bibl. publ. F.V. cl. lat. 7 (*Lg*) sunt. Sed postquam editio illa composita et translatio commentariumque Boethii amplio-

[1] In adnotatione quam textui subiecimus locos omnes quos Isidorus et Alcuinus mutuaverunt commemoravimus.

[2] Poema hoc e codice Parisino bibl. nation. lat. 14065 transcriptum edidit V. Cousin (*Ouvrages inédits d'Abélard*, Parisiis 1836, pp. 657-669).

[3] Glossis vel plurimis vel multis — et, ut videtur, variis modis ex adnotatione Heirici derivatis — hi codices praediti sunt : Aurelianensis 263 ; Bernensis C219 ; Berolinensis Phill. 176 ; Bruxellensis II.2297 ; Cantabrigiensis C. C. C. 206 ; Florentinus Gadd. 89 sup. 80 ; Leningradensis F. V. cl. lat. 7 ; Mediolanensis Ambr. B. 71 sup. ; Monacensis clm 6373 ; Parisini bibl. nat. 1750 et 12949 ; Sangallensis bibl. mon. 274 ; Vaticani Reg. 233 et Vat. lat. 567 ; Vindobonensis 843. — Glossas nonnullas e codice Parisino 12949 publici iuris fecit B. Hauréau, *De la philosophie scolastique* I, Parisiis 1850, pp. 135-143 (ed. alt. 1872, pp. 184-196), e codice Vindobonensi 843 C. S. Barach, *Zur Geschichte des Nominalismus vor Roscelin*, Vindobonae 1866 (sed confer J. Reiners, *Der Nominalismus in der Frühscholastik*, Monasterii 1910, 'Beitr. z. Gesch. d. Philos. d. Mittelalt.' VIII.5, pp. 5-9, 22-25). C. Baeumker glossas omnes e codicibus Parisinis 12949 et 13953 descripsit, sed numquam edidit ; vide supra, p. X adn. 1.

[4] Locus e Iohannis Scoti Eriugenae *De divisione naturae* (P. L. CXXII, col. 462D8-463A12) sub titulo 'Verba Iohannis Scotti' tractatui nostro praemittitur in codice Sangallensi bibl. mon. 274 (cf. I. P. Sheldon-Williams, *A Bibliography of the Works of Iohannes Scottus Eriugena*, 'The Journal of Ecclesiastical History' X 1959, p. 209) et sine titulo in codice Mediolanensi Ambrosiano B.71 sup.

rem in usum venerunt, in scholis scilicet Gerberti, Abbonis, Notkeri aliorumque saeculo exeunte decimo et ineunte undecimo, rarius inter libros logicos paraphrasin transcripserunt librarii ; inde a saeculo duodecimo, quasi sacram sancti episcopi reliquiam una cum eius theologicis libris, ingentibus codicibus insertam, posteris tradiderunt editores vel manu exaratam [1] vel, posterius saepissimeque, typis impressam usque ad saeculum undevicesimum.

2. *Librorum paraphrasin continentium brevis recensio.* [2]

Codices quadraginta manu scriptos, plus quam totidem impressos, tractatum Themistianum praebentes in bibliothecis Gallicis Italicis Germanicis Britannicis Helveticis Belgicis Austriacis Russicis exstare invenimus, quos hic enumeramus. Non dubitamus quin plures inventuri sint si qui latius bibliothecas perquirentes adibunt.

†† *Sm* p1. ABRINCENSIS, bibliothecae municipalis, 229 : saec. X, e monasterio Montis S. Michaelis in Periculo Maris : fol. 194r-229v. [A.L.[1] 406] ϕ

† *Fo* p2. AURELIANENSIS, bibliothecae municipalis, 263 : saec. X, e monasterio S. Benedicti Floriacensi : pag. 37-74. [A.L.[s] 2054]
Deest initium usque ad p. 134.8 (« nuncupatione »).
Contuli nostrae editionis pp. 134.8-137.13 ; 144.12-148.16 ; 171.25-175.25.

†† *In* p3. BERNENSIS, bibliothecae urbis et universitatis, C219 (pars IV) : saec. IX : fol. 1r-12v. [A.L.[s] 2119] ϕ
Deest extrema particula inde a p. 175.12 (« specierum »).

*†† *Be* p4. BERNENSIS urbis et universitatis, 300 : saec. XI, e bibliotheca collegii Sorbonensis : fol. 64v et 33r-41r. [A.L.[s] 2120] ϕ

p5. BEROLINENSIS, bibliothecae publicae Germanicae, Lat. Qu. 687 (= Görres 67) : saec. IX, e monasterio S. Maximini Treverico : fol. 26v-36r. [A.L.[s] 2089]
Hic codex bello flagrante Berolino migravit, neque ubi lateat invenire valuimus.

† *Fe* p6. BEROLINENSIS, bibliothecae publicae Germanicae, Phill. 176 : saec. X, e monasterio S. Benedicti Floriacensi : fol. 6v-19v. [A.L.[s] 2090] ϕ
Contuli pp. 133.1-142.18 ; 144.12-148.16 ; 171.25-175.25.

*† *Bu* p7. BRUXELLENSIS, bibliothecae regiae, 49-62 (1117) : saec. XIV : fol. 151v-159v. [A.L.[s] 2029] κ
Contuli usque ad 138.7 et 173.24-175.25.

---

[1] Inter opera vel omnia vel complura Augustini tractatus noster invenitur in codicibus Trecensibus 40 et 70, Bruxellensibus 49-62 et II. 2297, Parisinis bibl. Arsen. 350 et 351, et bibl. Mazar. 632, et Etonensi Bl 3. 6.

[2] Vide etiam Addenda, pp. 255-256.

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum – ϕ minoribus photographiis

*† *Bx* p8. Bruxellensis, bibliothecae regiae, II.2297 (1116) : saec. xiii (a.D. 1277), e monasterio S. Mariae de Camberone : fol. 44ᵛ-72ᵛ. κ
Contuli usque ad 137.24 et 171.25-175.25. [A.L.ˢ 2031]

† *Cg* p9. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Corporis Christi, 206 : saec. x : fol. 24ʳ-39ᵛ. ϕ [A.L.ˢ 2036]
Exstat media tantum pars, ab initio usque ad p. 154.22 (« sunt »).
Contuli pp. 133.1-137.13 ; 144.12-148.16.

p10. Carolopolitanus, bibliothecae municipalis, 187 : saec. xii, e monasterio Signiacensi. [A.L.ˢ 2056]

† *Du* p11. Dunelmensis, bibliothecae Capituli, B.iv.6 : saec. xii : fol. 144ʳ-157ʳ. ϕ [A.L.ˢ 2041]
Contuli pp. 133.1-137.13 ; 144.12-148.16 ; 171.25-175.25.

*† *Et* p12. Etonensis, bibliothecae Collegii, Bl 3.6 (= 120 James) : saec. xiv : fol. 3ʳ-7ʳ. κ [A.L.ˢ 2042]
Contuli pp. 133.1-135.24 ; 171.25-175 25.

*†† *Gd* p13. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Gadd. 89 sup. 80 : saec. xi-xii : fol. 73ʳ-88ᵛ. κ [A.L.ˢ 2152]
Deest quarta pars extrema, inde a 165.17 (« referenda »).

† *Hk* p14. Holkhamicus, bibliothecae Comitum Leicestriensium, 411 : saec. xii : fol. 1ᵛ-22ᵛ. ϕ [A.L.ˢ 2043]
Contuli pp. 133.1-138.7 ; 144.12-148.16 ; 171.25-175.25.

†† *Lg* p15. Leningradensis, bibliothecae publicae, F.V. cl. lat. 7 : saec. ix, fortasse e monasterio S. Petri Corbeiensi, deinde e monasterio S. Germani a Pratis Parisiensi : fol. 34ᵛ-40ᵛ et 1ʳ-10ʳ. [1] [A.L.²,ˢ 1698] ϕ

*†† *Av* p16. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, B.71 sup. : saec. ix, e bibliotheca Avenionensi : fol. 36ʳ-68ᵛ. Φ [A.L.ˢ 2159]

† *Fs* p17. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 6367 : saec. xi, e monasterio SS. Mariae et Corbiniani Frisingensi : fol. 2ʳ-16ᵛ. ϕ [A.L.ˢ 2104]
Contuli pp. 133.1-137.13 ; 139.9-140.29 ; 144.12-148.16 ; 171.25-175.25.

† *Fg* p18. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae. clm 6373 : saec. x, e monasterio SS. Mariae et Corbiniani Frisingensi : fol. 1ʳ-32ᵛ. ϕ [A.L.ˢ 2106]
Deest extrema particula, inde a p. 174.22 (« meminisse »).
Contuli pp. 133.1-137.13 ; 144.12-145.15 ; 171.21-174.22.

† *Mn* p19. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 23937 : saec. xv : fol. 1ʳ-7ᵛ. ϕ [A.L.ˢ 2111]
Librarius dimidium tantum librum exscripsit, usque ad p. 151.22 (« dicimus »).
Contuli pp. 133.1-137.13.

* *Vt* p20. Parisinus, bibliothecae Arsenalis, 350 : saec. xiv-xv, e monasterio S. Victoris Parisiensi : fol. 241ʳ-253ʳ. [A.L.ˢ 2058]

* *Ka* p21. Parisinus, bibliothecae Arsenalis, 351 : saec. xii, e monasteriis S. Mariae Karoli Loci et S. Martini a Campis : fol. 82ᵛ-97ᵛ. [A.L.ˢ 2059]

---

[1] Vide supra, p. xxviii adn. 2.

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, Φ maioribus, ϕ minoribus photographiis

* *Mz* p22. PARISINUS, bibliothecae Mazarineae, 632 : saec. XIII, e collegio S. Bernardi Parisiensi : fol. 58v-63v. [A.L.s 2060]

*† *Pr* p23. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 1750 : saec. X-XI : fol. 12r-27r. ϕ [A.L.s 2062]
Deest tertia pars ab initio usque ad p.145.8 (« aliquem ») necnon folium sub finem (pp. 172.22-174.21, « definitionem... enim »).
Contuli pp. 145.8-149.2 ; 171.21-172.22 ; 174.21-175.25.

*†† *Te* p24. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 1926 : saec. X, e bibliotheca Telleriana : fol. 1r-22v. ϕ [A.L.s 2063]

* *Ct* p25. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 2083 : saec. XIII, e bibliotheca Colbertina : fol. 45v-52v. [A.L.s 2064]
Lectiones nonnullas contuli.

*†† *Ps* p26. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 6288 : saec. X-XI, e bibliotheca Colbertina : fol. 3v-18r. ϕ [A.L.1 544]

*† *Fc* p27. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 7730 : saec. X, e monasterio S. Benedicti Floriacensi : fol. 26v-35v. ϕ [A.L.s 2068]
Contuli pp. 133.1-137.13 ; 144.12-148.16 ; 171.21-175.25.

*†† *Ep* p28. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 11129 : saec. XI, e monasterio S. Willibrodi Epternacensi : fol. 171v-176v. ϕ [A.L.1 620]
Pars tertia tantum exstat, ab initio usque ad p. 147.25 (« est »).

*†† *He* p29. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 12949 : saec. IX, fortasse e monasterio S. Petri Corbeiensi, deinde e monasterio S. Germani a Pratis Parisiensi : fol. 24r-38r. ϕ [A.L.1, s 621]

* *So* p30. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16598 : saec. XIII, e bibliotheca Ricardi Furnivallensis, deinde e Collegio Sorbonensi : fol. 70v-94v.
Locos nonnullos contuli. [A.L.s 2077]

*†† *Ld* p31. ROMANUS, bibliothecae Patrum Maristarum ad Ianiculum, sine numero : saec. VIII-IX (ante annum 819), ab episcopo Leidrato ecclesiae S. Stephani Ludgunensi donatus : fol. 11r-28r. [A.L.s 2163] Φ

†† *Gn* p32. SANGALLENSIS, bibliothecae monasterii, 274 : saec. IX-X : pag. 5-65. [A.L.s 2126] Φ

† *Tr* p33. TRECENSIS, bibliothecae municipalis, 40 (vol. X) : saec. XII, e monasterio S. Mariae Claravallensi : fol. 88v-99v. [A.L.s 2082] ϕ
Contuli pp. 133.1-138.7 et 174.7-175.25.

p34. TRECENSIS, bibliothecae municipalis, 70 : saec. XIII, e monasterio S. Mariani Autissodoriensi. [A.L.s 2083]

†† *Sd* p35. VALENTIANENSIS, bibliothecae municipalis, 390 : saec. IX, e monasterio S. Amandi : fol. 66r-71v. ϕ [A.L.s 2084]
Initium tantum exstat usque ad p. 141.5 (« subie »).

*†† *Rg* p36. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Regin. lat. 233 : saec. XI : fol. 1v-27r. [A.L.s 2187] Φ

*†† *It* p37. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 567 : saec. XII : fol. 53r-66v. [A.L.s 2190] Φ

*† *Bs* p38. VENETUS, bibliothecae S. Marci, Z.L. 497 (= 1811) : saec. XI, e bibliotheca cardinalis Bessarionis : fol. 126r-135v. [A.L.2 1650] κ
Scriptor omisit pp. 148.34-156.28 (« maxime - est »).
Contuli pp. 133.1-148.34 ; 156.28-158.5 ; 173.24-175.25.

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, Φ maioribus, ϕ minoribus photographiis

*† *Vc* p39. VERCELLENSIS, archivi Capituli S. Eusebii, CXXXVIII (143) : saec. IX : fol. 15r-26v. [A.L.[2] 1653] κ
Contuli pp. 133.1-140.18 ; 170.28-175.25 ; necnon locos alios nonnullos.

*† *Wn* p40. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, lat. 843 (= Philos. 505) : saec.X : fol. 1v-36r. [A.L.[8] 2023] ϕ
Contuli pp. 133.1-152.5 ; 171.21-175.25.

Codices praeterea tres Carnutenses bibliothecae municipalis, quibus inter alia paraphrasis nostra continebatur, bellico igne ante sedecim annos combusti perierunt (cod. 74 saec. X, cod. 100 saec. X-XI [A.L.[1] 472], cod. 112 saec. IX-X). Codices contra Monacensis bibliothecae rei publicae Bavaricae clm 18961 saec. X et Parisinus bibliothecae nationalis lat. 6638 saec. X qui in catalogis typis impressis 'Augustini *Categorias*' praebere dicuntur, eius loco Augustini *Dialecticam* posterior, brevem de categoriis anepigraphum tractatum prior continent. Adde quod Parisinus codex saec. IX bibliothecae nationalis lat. 13953 glossas tantum in unum collectas e codice, ut videtur, eiusdem bibliothecae lat. 12949 (de quo vide superius, sub numero p28) continet, una cum tractatulo quem iamiam commemoravimus ; adde etiam quod Parisinus bibliothecae nationalis lat. 3343 Alcuini versus tantum, non tamen 'Augustini' librum quem Karolo dicabat, praebet. Codex denique Longleatensis, bibliothecae Palatii, 21, saec. XIII[in.], fol. 1r-17r « Predicamenta Augustini » continere perhibetur, quod tamen opus expositio quaedam Categoriarum est saec. XII vel XIII conscripta. [1]

Quadraginta quattuor editiones typis impressas opusculi nostris enumerare possumus, cui numero facile alias addi posse certi sumus cum bibliothecas tantum Oxonienses perquisiverimus et catalogos Musaei Britannici, bibliothecae nationalis Parisiensis et Dublinensis inspexerimus. Si primam secundamque editionem excipias — quae opuscula solum nonnulla Augustini continent — omnes libellum de categoriis una cum universitate sancti doctoris scriptorum operum praebent.

*† *Ug*[p] p1[e]. Parmae, 1491 (mense martio) : apud A. Ugoletum : curav. Th. Ugoletus et E. Corradus.

*† *Ug*[v] p2[e]. Venetiis, 1491 (mense novembri) : apud Pellegrinum de Pasqualibus : curav. Th. Ugoletus et E. Corradus.

[1] De hoc codice a docto amico N. Ker notitiam primum accepimus. Longleatense Palatium in Anglia prope urbem Warminster (Wilts.) situm est.

* inspexi † partim contuli κ codice ipso usus sum, ϕ minoribus photographiis

*† *Ah* p3e. Basileae, 1505-1506 : apud I. Amorbachium, I. Petri, I. Frobenium : curav. I. Amorbachius, Augustinus Dodo Phrygius, Conradus Pellicanus Rubeaquensis.

*† *Er* p4e. Basileae, 1528-1529 : apud I. Frobenium : curav. Erasmus Roterdamus.

*† *Hä* p5e. Parisiis, 1531 : apud Claudium Chevallon : curav. Erasmus Roterdamus, correx. Iacobus Haemerus.

(*) p6e-p21e. Lugduni, 1541 (apud Hug. et haeredes Aemonis a Porta), 1560, 1563 (apud Sebastianum Honoratum), 1571, 1574 ; Parisiis, 1541, 1555 (apud Carolam Guillard viduam C. Chevallonii, et Gulielmum Desboys), 1571 (apud Guilelmum Merlin et Sebastianum Nivellium) ; Basileae, 1541, 1566, 1569 (apud Frobenios) ; Venetiis, 1552, 1558, 1570 (apud Ioannem Baptistam Sessam et apud V. Valgrisium), 1584 (apud Ioannem Guariscum, apud Ioannem Baptistam Sessam, et apud Dominicum Zenarum).

Hae omnes impressiones editionem Haemeri *(Hä)* iterare videntur.

*† *Lv* p22e. Antwerpiae, 1576/1577 : per Christophorum Plantinum : cura editorum Lovaniensium (Martini Bacci etc.).

(*) p23e-p33e. Parisiis, 1586, 1613, 1635, 1636, 1637, 1638, 1651 ; Lugduni 1568, 1664 ; Genabae, 1596 ; Coloniae, 1616.

Hae impressiones omnes editionem Lovaniensem *(Lv)* iterare videntur.

*†† *Mu* p34e. Parisiis, 1679 : apud Franciscum Muhuet : cura monachorum Maurinorum.

(*) p35e-p40e. Antwerpiae (Amstelodami), 1700 ; Venetiis, 1729 (apud I. B. Albrizzi), 1833 ; Bassani, 1807 ; Parisiis, 1835, 1836 (editio parva).

Hae impressiones editionem Maurinorum *(Mu)* praebent.

*†† *Mg* p41e-p44e. Parisiis, 1841, 1861, 1877, 1886 in Patrologia Latina Abbatis Migne, vol. XXXII.

Paucis mutatis editio Maurinorum *(Mu)* iterum praebetur.

3. *Librorum Alcuini Dialecticam servantium brevis recensio.*

Cum ad antiquiorem paraphraseos textus historiam cognoscendam nonnihil Dialectica Alcuini addat, eius codices in hanc rem adhibere non inutile rati, eorum imperfectissimum sane elenchum subdimus.

†† *Fo* k1. Aurelianensis, bibliothecae municipalis, 263 ; saec. X : pag. 1-36. ϕ [A.L.s 2054]

k2. Bambergensis, bibliothecae publicae, Phil. 1 (HJ.IV.16) : saec. IX-X : fol. 1r-24r.

k3. Bernensis, bibliothecae urbis et universitatis, 234 : saec. X : fol. 54r-67r.

Igne magna ex parte pessumdatus codex.

* inspexi †† integre, † partim contuli ϕ minoribus photographiis usus sum

k4. Bernensis, bibliothecae urbis et universitatis, 336 : saec. IX : fol. 1^{r}-7^{v}.
Pars maior deest, usque ad 'quod neque ille vo' (P. L. C1, 969C1).

†† *Fe* k5. Berolinensis, bibliothecae publicae Germanicae, Phill. 176 : saec. X : fol. 34^{v}-44^{v}. [A.L.^{s} 2090] ϕ

†† *Cg* k6. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii Corporis Christi, 206 : saec. X : fol. 101^{r}-119^{v}. [A.L.^{s} 2036] ϕ

k7. Cantabrigiensis (Angl.), bibliothecae Collegii S. Trinitatis, O.2.24 (= 1128 James) : saec. XII : fol. 1^{r}-26^{v}.

Du k8. Dunelmensis, bibliothecae Capituli, B.IV.6 : saec. XII : fol. 158^{r}-177^{v}. [A.L.^{s} 2041]

k9. Hafniensis, bibliothecae regiae, Thott 166 : saec.X, e bibliotheca Ruoperti episcopi : fol. 100-108 (an 104-108, 100-103 ?).
Excerpta capituli « De argumentis » etc.

†† *Li* k10. Leidensis, bibliothecae universitatis, B.P.L. 84 : saec. XI : fol. 90^{r}-103^{v}. ϕ

k11. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm. 6407 : saec. IX : fol. 43^{r}-74^{v}.

k12. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 13084 : saec. IX-X : fol. 47^{v}.

k13. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 14377 : saec. X-XI : fol. 31^{r}-51^{v}.

k14. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 19437 : saec. X : fol. 1^{r}-45^{v}.

*†† *Oj* k15. Oxoniensis, bibliothecae Bodleianae, Junius 25 : saec. VIII-IX : fol. 77^{r}-86^{r}. κ

*† *Ol* k16. Oxoniensis, bibliothecae Bodleianae, Laud. lat. 49 : saec. XI : fol. 27^{v}-28^{v}.
Excerptum inde a cap. 3 usque ad medium cap. 10 (« Sequamur ordinem... possessionem nostram » ; P. L. C1, 954D2-962C2).

k17. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 2904 : saec. XIII.

k18. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 2974 : saec. XI.

*†† *Ps* k19. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6288 : saec. X : fol. 112^{v}-126^{r}. [A.L.^{1} 544] ϕ

k20. Rotomagensis, bibliothecae municipalis, 932 : saec. XII : fol. 154^{r}-168^{v} et 174. [A.L.^{1} 747]

†† *Ga* k21. Sangallensis, bibliothecae monasterii, 64 : saec. IX : pag. 270-312. ϕ

k22. Sangallensis, bibliothecae monasterii, 270 : saec. IX : pag. 4-38.

k23. Sangallensis, bibliothecae monasterii, 273 : saec. IX : pag. 57-143.

k24. Sangallensis, bibliothecae monasterii, 276 : saec. IX : pag. 220-270.

k25. Valentianensis, bibliothecae municipalis, 337 : saec. IX : fol. 25.
Fragmentum tantum.

†† *Rn* k26. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Regin. lat. 342 : saec. IX : fol. 34^{v}-57^{r}. Φ

k27. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Urbin. lat. 484 : saec. XVI : fol. 107^{r}-127^{v}.

* inspexi †† integre, partim contuli κ codice ipso usus sum, Φ maioribus, ϕ minoribus photographiis

k28. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.27 (= 2545) : saec. XIV-XV : fol. 1r-9v. [A.L.^{2} 1594]

k29. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 160 : saec. XIII : fol. 50r.
Fragmentum tantum.

k30. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 223 : saec. XI : fol. 18r-30v.

k31. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 2269 : saec. XIII : fol. 1r-3v.

k32. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 2484 : saec. IX : fol. 38(?)-68.

k33. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 5271 : saec. XVI : fol. 1r-15v.

Quaedam insuper ex Alcuini Dialectica excerpta in codice Veneto, bibliothecae S. Marci, Z.L. 497 (= 1811 : *Bs* : saec. XI : A.L.^{2} 1650) foliis 135v-140v servari videntur ; minora tria excerpta e col. 964C-976A exstant in codicibus Parisino bibliothecae nationalis 7730 (saec. IX-X, A.L.^{s} 2068 : *Fc*) et Berolinensi bibliothecae publicae Germanicae Lat. qu. 687 (saec. IX, A.L.^{s} 2089), necnon tertium excerptum (964C-968C) in codice Romano bibliothecae Patrum Maristarum (saec. VIII-IX, A.L.^{s} 2163 : *Ld*). Codex autem Carnutensis, bibliothecae municipalis, 132, qui foliis 89r-108r eundem librum continebat ante sedecim annos combustus periit ; codices denique Monacensis clm 19473, Sangallensis bibliothecae monasterii 274, et Vindobonensis bibliothecae nationalis Austriacae 233 errore a Manitio [1] Alcuini Dialecticam perhibere dicuntur.

Sub nomine Augustini (sicut in codice Vaticano Urbin. 484) primum typis hic liber ter editus est Florentiae (a.D. 1479 et 1480) et Venetiis (1500), deinde inter omnia opera Alcuini a Quercetano (Duchesne) Parisiis (1617) et a Frobenio Forstero Ratisbonae (1777), denique in Patrologiae Latinae Mignii volumine CI, col. 951-976 (Parisiis, 1851 etc.).

4. *De editione paraphraseos Alcuiniana et de eius textu restituendo.*

Memoria tota quae ad nos pervenit paraphraseos Themistianae ex editione Alcuiniana (*K*) prodiisse videtur ; quod si libri

[1] M. MANITIUS, *Geschichte der lateinischen Litteratur im Mittelalter* I, p. 284.

nonnulli prologo Alcuini careant, quem hic iterum edimus [1], textus natura varietasque lectionum quas praebent eos ex eadem traditione provenisse ostendunt.

VERSUS ALCHVINI DIACONI AD KAROLUM REGEM FRANCORUM

Continet iste decem naturae verba libellus,
Quae iam verba tenent rerum ratione stupenda
Omne quod in nostrum poterit decurrere sensum.
Qui legat, ingenium veterum mirabile laudet
Atque suum studeat tali exercere labore,
Exornans titulis vitae data tempora honestis.
Hunc Augustino placuit transferre magistro
De veterum gazis Graecorum clave Latino ;
Quem tibi, rex, magnus sophiae sectator amator
Munere qui tali gaudes, modo mitto legendum.

Titulum et versus om. BeBuFcInLgLePsTr, UgEr : *post finem operis posuerunt FeLd* *Titulum om. BsDuEtItMnSmTy, Ah* : *duplicem titulum praebet Wn* (*pro titulo* : ALCUINUS MAGISTER A PARTIBUS SCYTHIAE NOSTRAS DEVENIENS. HAS CATHEGORIAS AB ARISTOTELE GRECO SERMONE EDITAS ET POST AB AUGUSTINO LATINIS LITTERIS ELUCIDATAS KAROLO REGI FRANCORUM CUM HIS VERSIBUS DESTINAVIT *Hk*) VERSUS] IN NOMINE DOMINI VERSUS *Gd* : PROLOGUS *BxFsHeSd* (*Wn in priore titulo*) : INCIPIT PROLOGUS *RgVc* : INCIPIT PROLOGUS CATHEGORIARUM AUGUS$\overline{\text{T}}$ QUEM SCRIPSIT *Av* ALCVVINI *EpGnLd* : ALCUINI *FeGdRg SdSoTe* : ALCOINI *Vc* : ALCUINUS *Av* DIACONI] MAGISTRI *Rg* : *om. BxFeFgFs GdHeSoVc, Wn bis* AD] A *Ld* : ET *Te* KARALUM *Fg* : KARLUM *Fe* : CAROLUM *AvCgLdRgSdTeVvWn, Mu* REGEM FRANCORUM (-CH- *Gn*) *om. Vc* (*Wn in priore titulo*) : REGEM *Fe* : AUGUSTUM *BxFsHeRgSd* : + SUPER CATHEGORIAS (K- *FsRgSd*) AUGUSTINI (AG- *He*) *BxFgFsHeRgSdVc* (*Wn in priore titulo*) : + INCIPIT PROLOGUS ALCUMENI AD KAROLUM REGEM FRANCORUM SUPER CATHEGORIAS SANCTI AUGUSTINI *So*.

1 iste] is *Sm* vera *Et* 2 stipendia *Et* 3 decurre *Sm* 4 legat *post* ingenium *pos. Du* : legit *BsBxCgEpFgItSoVcWn, AhMu* : -et *Hk* laudat *Ty* 5 itaque *Et* suum + est *Sm* studiat *Et* labole *Vc* 6 exortans *Ld* tempore *MnWn* 7 nunc *Ld* agustino *He* 8 de] e *Sm* zazis *Ld* : graus *Et* gcorum *Vc* clave + // *It* latina *AvHkTe* 9 sophae *Ld* 10 tale *It* legens *Et*.

Editioni Alcuinianae ipsi vel nostrae memoriae archetypo, ex illa breve post tempus descripto, iam inerant errores nonnulli,

[1] Una cum tractatu saepius typis editi sunt versus hi Alcuini, separatim etiam inter eius opera, et ab E. Duemmler ('Mon. Germ. Hist. — Poetae latini M. Aevi' 1, Berolini 1881, p. 295, num. LXXXIII) e codicibus Vindobonensi 843, Monacensi clm 6367, Carolopolitano 187. — Sigla quibus codices in adnotatione versuum indicantur, explanata invenies in catalogo librorum quem supra dedimus, pp. LXXX-LXXXIII, et in Addendis, pp. 255-256.

lectiones duplices, adnotata quaedam, quae per totam codicum multitudinem inveniuntur nisi in aliquo e coniectura vera lectio restituta sit. Errata haec ergo illic legebantur :

137.4 *et* 10 enim] in 145.14 *et* 19 apofanticon] apofaticon 148.10 inveniantur] -untur 151.24 quod] quo 156.23 monstratam] -a 157.8 enim] in (*vel* n̄ ?) 162.22 dicitur] dicere 163.2 moderatus] -ator 169.11 aut cum] cum aut 172.3 quidam] -em 172.13 ditiores (?)] cutiores *vel* cautiores 172.19 prius] potius.

In textum eundem e marginibus vel interlineis antiquioris cuiusdam exemplaris verbum 'lege' — signum quidem incertae lectionis — vel solum vel cum alia lectione irrepserat:

138.4 detexerit *(nisi aliquid aliud sit coniiciendum)*] lege vel dixerit vel detexerit (*vel potius* lege vel dixerit detexerit) 145.9 euktikon] legeyktikon *(vel aliquid simile)*.

Ex interlinearibus adnotationibus vel correctionibus exemplaris Alcuiniani varietas memoriae nostrae alibi explicari potest :

137.12 iuncta c 139.30 iam dici usiam 140.22 pro parte singulare 151.14 cum dictus nondum fuerit 174.12 topon foran.

Fere omnia graeca verba, quae graecis litteris auctorem ipsum scripsisse credendum est, latinis — nec semper apte — reddita in exemplari Alcuiniano erant ; exempli gratia :

133.21 Ξάνθος] xanthos z u Αἴθων] ethion (*vel sim.*) 134.21-22 ὡς κατά τινων λεχθεῖσαι] os kata tinon lecthise 30 αἰσθητά] esteta 30 *et* 135.3 ἐν ἀριθμῷ] enarithmo 137.1 εἰκών] ykon 22 σημαινόμενα] simenomena *vel* semenomena 140.5 ἐν ὑποκειμένῳ] enypokimeno (*vel sim.*) 22 κοινόν] coenon 141.3 συμβεβηκόσι] simbebicotis.

Sed hic illic verba nonnulla vel graecis litteris tantum vel cum graecis tum latinis exstitisse videntur, cum sine errore in quibusdam antiquis codicibus serventur vel male e graeco sine dubio descripta, exempli gratia :

147.9-11 ἐν μόνῳ... ἐν παντί *Te, marg. Av.*

Praeter errores quos coniectura correximus, alios in exemplari Alcuiniano exstitisse e memoria nostra detegere possumus quos quomodo emendandi sint non certi sumus et obelo in textu signavimus, exempli gratia 142.7, 153.23-28.

Tituli quibus singula capitula inscripta sunt iam in illo codice erant, sed non auctori paraphraseos esse tribuendos censemus,

cum a locutionibus quandoque differant quibus ipse usus sit, et potius e Boethio vel Cassiodoro vel Isidoro provenisse videantur, exempli gratia :

145.23 divisio substantiae (*pro* usiae) 149.3 de quantitate (*pro* quanto) 173.23 de motu (*pro* immutatione).

Sed Graecus titulus *ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙ* (154.16) non dubitamus quin in paraphraseos archetypo ipso iam fuerit. Titulum quoque operis 'TRACTATUS A---I DE CATEGORIIS ARISTOTELIS' non video cur ex antiquiore quam Alcuinianum erat exemplari descriptum esse non credamus, aliquantum tamen correctum.

Non denique nisi raro ab auctore ipso insertos esse ducimus numeros quos hic illic perspicuitatis causa vel in contextu vel in marginibus multorum codicum legimus (137.14-18, 147.7-8, 169.7-11, 169.25-170.4). Ut patet ex 'aut', p. 169.11, enumeratio illa additicia est, sed iam erat in codice Alcuiniano.

His rebus consideratis textum restituimus parum purgatiorem quam Alcuinus tradiderat, sed longe abest ut credamus eum in pristinam perfectamque formam a nobis redditum esse, cum ordo rerum verborumque non semper perspicuus sit, nonnulla addita esse alia deficere videantur : utrum haec peccata auctori sint imputanda an librariis et editoribus saeculo octavo antiquioribus nescimus, neque remediis ea curare valemus. Maximae ad finem nostrum persequendum utilitatis fuerunt codex Romanus bibl. Patrum Maristarum (*Ld*) quem Leidratus episcopus Lugdunensis Alcuini et regis Karoli familiaris possederat, et Parisiensis bibl. nation. lat. 12949 (*He*) qui — ut diximus — in manibus fuisse videtur Heirici Autissodoriensis. Quamquam *Ld* innumeris scatet minoris momenti erroribus [1] nec solus, multis in locis, valet veras lectiones revelare, ob ipsam ruditatem validissimum est textus genuini testimonium. In codice *He* pauca tantum pro certo falsa sunt ; saepius crediderimus doctum quendam editorem nimis textum emendasse, puritatis latini styli — praesertim in ordine verborum commutando — amore motum. Sed fere nihil in tota memoria invenimus ad textum quam optimum reddendum quod vel in *Ld* vel in *He* non ex-

[1] Dolet quod codex Berolinensis bibl. publ. germ. Qu. 687 (Görres 67) reperiri non potuit cum e descriptione quam eius dedit Valentinus Rose (vide A.L.[8] 2087) videatur codici *Ld* esse cognatus.

stet. Ad decernendum vero utra duarum lectionum in quibus *He* et *Ld* dissonant verior habenda esset, auxilio maxime usi sumus codicum Bernensis C219 (*In*) littera insulari scripti, Sangallensis bibl. monast. 274 (*Gn*) et Parisini bibl. nation. lat. 1926, olim Telleriani (*Te*). Nec inutilis fuit Dialectica Alcuini, sed est animadvertendum Alcuinum saepe 'Augustini' sui verba ad suam rem aptando mutavisse, ut subiecta exempla ostendunt[1] :

Paraphr. Themist.	Alcuini Dialect.
... nomen namque *personam demonstrat,* verbum quid quisque faciat quidve patiatur (133.14-15).	... nomen namque *substantiam ostendit,* verbum quid quisque faciat quidve patiatur (956A13-14).
Omonyma sunt cum res *quidem plures* commune nomen accipiunt, interpretatione vero *eiusdem* rei separantur, ut homo pictus et verus ; in *hoc* namque *idem* nomen est ; *verum si ad definitionem vel ad interpretationem... ista disparia* (135.20-24).	Omonyma sunt cum *duae* res commune accipiunt nomen, rei vero interpretatione separantur, ut homo pictus et verus ; in *his* namque *unum* nomen est, *ratio vero vel interpretatio diversa* (955A14-B3).
Synonyma vero sunt *res* quae et nomine et sui interpretatione iunguntur, ut *est* animal ; *id* enim de homine *et* de equo et *fera et de avibus* dici *potest :* animal est quod cibum capiat, *quod* mortale *sit, quod sensu moveatur* (136.5-9).	Synonyma vero sunt quae et nomine et sui interpretatione iunguntur ; ut animal est quod cibum capit, *spirat, movetur, et* mortale *est : hec* enim *omnia* de homine, de equo et *de bove* dici *possunt* (955B7-10).

Hoc facit ut hic illic incertum sit utrum lectiones in exemplari paraphraseos Alcuinus legerit an ipse verba perspicuitatis gratia vel alia de causa coniciendo corrigendo mutaverit, inter quas has commemoramus :

135.22 idem] unum *Alc.* (*etiam in codice In*) 137.8 ferramentum] ferrum 11 salubris + est 20 declarat] demonstrat 139.23 crescere + vel (*etiam in codicibus In Sm*) 140.2 voluerunt] maluerunt (*etiam in codice Sm*). 141.28 definitur] diffinitum est.

Quae Isidorus in Etymologiis e textu nostro affert pauciora sunt quam ut alicuius utilitatis sint ad lectionum genuinitatem restituendam.

Tractatum de categoriis iam ante saeculum nonum tituli de quibus supra (pp. LXXXVIII-LXXXIX) diximus in capitula dividebant, quam divisionem in nostra quoque editione invenies. Sed

[1] Vide etiam excerpta duo in Appendice, pp. 189-192.

praeter eam visum est libellum totum in particulas brevissimas distinguere cum ad maiorem expositionis et argumentorum perspicuitatem, tum ut facilius loci singuli, si citentur, inveniri possint ; quarum particularum numeris ipsi in verborum indicibus componendis usi sumus.

Orthographiae et latinae et graecae rationes modernas secuti sumus, nisi quod verba graeca nonnulla, quae saepe occurrunt atque auctor ipse, ut est credendum, in latinum sumpsit sermonem, eodem modo ac in libris manu scriptis scripta inveniuntur dedimus ; haec scilicet : 'omonymon, -a ; synonyma, paronyma, usia, epifania, gramme, apofanticum'.

5. *De librorum cognationibus.*[1]

Si Alcuini Dialecticam excipias, ad quam componendam archetypo suo *K* usum esse auctorem non est cur non credamus, omnes quos vidimus libri e tribus secundariis fontibus (*t*, *u*, *v*) derivati esse videntur (vide tab. 9), e quorum primo manaverunt quattuor sibi invicem valde similes codices Romanus Patrum Maristarum (*Ld*) eique proximus Parisinus B.N. 7730 (*Fc*)[2] et gemini Leningradensis (*Lg*) atque Vercellensis (*Vc*) — similitudines horum tres deperditos produnt libros t', t'_1, t'_2 — necnon Aurelianensis 263 (*Fo*) et Parisinus B.N. 1926 (*Te*), minus denique pure Parisinus B.N. 6288 (*Ps*). E fonte *v* processit in primis optimus codex Parisinus B.N. 12949 (*He*), deinde liber quidam (v') e quo originem repetunt initium paraphraseos in codice Monacensi 6367 (*Fs*) et quod restat e codice Valentianensi 390 (*Sd*), Bruxellensis demum II.2297 (*Bx*). Fontis *u* nullum purum testimonium habemus, sed ex eo et e *v* compositus esse videtur textus quem codex Sangallensis 274 (*Gn*) profert, ex eo et *t* quem exhibet Berolinensis Phill. 176 (*Fe*). — Vulgatior fuit editio *w* (vide tab. 10) quae e tribus simul fontibus vel haec vel illa hausisse videtur : hanc praebent insignissimus codex Bernensis C219 (*In*) et eis valde similes sed recentiores libri Dunelmensis B.IV.6 (*Du*), Holkhamensis 114 (*Hk*), atque huic vicinissimus Bruxellensis 49-62 (*Bu*), necnon gemini Cantabrigiensis C.C.C. 206 (*Cg*) et Abrincensis 229 (*Sm*), denique

[1] Vide etiam Addenda, pp. 256-257.

[2] His fortasse addendus est codex Berolinensis Lat. Qu. 687 ; vide p. LXXXIX, adn. 1.

Parisinus B.N. 1750 (*Pr*) ; fortasse etiam Parisinus Ars. 350 (*Vt*), Parisinus B.N. 2083 (*Ct*) et Monacensis recentissimus 23937 (*Mn*). — Maxime vero vulgata est, cum etiam maxima ex parte in libros impressos fluxerit, editio *y* (vide tab. 11) quae partim *u*, partim *v*, partim *w* repetere videtur. Ex ea *y'* provenit qui fons propior fuit cum codicis Vindobonensis 843 (*Wn*) tum Monacensis 6373 (*Fg*), et *y''* unde Trecensis 40 (*Tr*), Parisini tres (B. N. 16598, *So* ; Ars. 351, *Ka* ; Mazar. 632, *Mz*) atque Italici duo (Florentinus Laur. Gadd. 89 sup. 80, *Gd* ; Vaticanus lat. 567, *It*) derivati sunt, necnon editio impressa princeps (*Ug*). — Vario modo contaminatos textus praebent (vide tab. 12) codices Mediolanensis Ambr. B.71 sup. (*Av*), cum quo saepissime concordat post principium Monacensis 6367 (*Fs*), Bernensis 300 (*Be*), Vaticanus Regin. 233 (*Rg*), Parisinus B.N. 11129 (*Ep*), Venetus Marc. Z.L. 497 (*Bs*), pessimus denique Etonensis (*Et*).

Textum primae editionis typis impressae (*Ug*) quae primum Parmae (Ug^{p}) deinde Venetiis (Ug^{v}) in lucem prodiit, a Thaddeo Ugoleto Matthiae Corvini bibliothecario et Eusebio Corrado curata, inter alia distinguunt titulus falsus et ambiguus 'Aurelij Augustini de dialectica', nomen 'Adeodate' sub principium operis additum (135.4), tituli plerique capitulorum ('De usia', 'De diffinitione accidentium' ... 'De immutatione') ; Alcuini quoque versus desunt. Verba graeca quaedam litteris graecis scripta sunt, sed erroribus scatent, pleraque omissa sunt, lacuna in textu relicta. — Editionem vere novam paravit Ioannes Amorbachius (*Ah*) qui textum Ugoletianum ad librum unum vel plures manu scriptos plurimis locis correxit, titulum restituit ('Divi Aurelii Augustini Hipponensi episcopi Cathegoriarum Aristotelis e greco in latinum translatio'), versus Alcuni sine auctoris nominis inseruit, opusculum in viginti duo capitula novis titulis praedita divisit, varias lectiones nonnullas margini adiecit. — Erasmus Rotterdamus (*Er*) textum fere nihil mutavit, sed graeca verba accurate correxit, docte in marginibus quaedam annotavit, inscriptionem operis novavit ('Divi Aurelii Augustini Categoriae Decem ex Aristotelis libro non versae sed decerptae'), Alcuini versus reiecit. — Plura in textu ipso latino mutavit Haemerus (*Hä*) qui codice quodam manu scripto usus esse videtur, sed pauca tantum pro editoribus Lovaniensibus Martinus Baccius Tiletanus (*Lv*). — Opus omne reviserunt editione Lovaniensi usi, sed libris manu scriptis — ut ipsi dicunt — septem inspectis (pro

certo codicibus Sangermanensibus duobus, nunc Parisino B.N. 12949, *He*, et Leningradensi *Lg*), docti patres congregationis S. Mauri (*Mu*), qui nonnulla — sed pauciora quam poterant — correxerunt, Alcuini versus redintegraverunt, titulum ab Erasmo datum breviaverunt ('Categoriae Decem ex Aristotele decerptae'). Sed quod maxime in hac editione valet est brevis praefatio qua explicatur cur opusculum Augustino abiudicandum sit. — Textus denique quem in recentissimis libris legimus, scilicet in volumine XXXII Patrologiae Latinae ab Abbate Migne editae (*Mg*) nullis nisi minimis rebus mutatis Maurinorum textum repetit.

Omnia quae supra de librorum cognationibus diximus in compendium redacta e tabulis subiectis conspici possunt ; exempla lectionum in appendice (pp. 186-188) invenientur.



TABULA 9. Codices Paraphraseos Themistianae plerumque non contaminati.

Bx = Bruxell. II.2297 *Fc* = Paris. B. N. 7730 *Fe* = Berol. Phill. 176 *Fo* = Aurel. 263 *Fs* = Monac. 6367 *Gn* = Sangall. 274 *He* = Paris. B. N. 12949 *Ld* = Roman. Marist. *Lg* = Leningr. F. V. lat. 7 *Ps* = Paris. B. N. 6288 *Sd* = Valentian. 390 *Te* = Paris. B. N. 1926 *Vc* = Vercell. CXXXVIII



TABULA 10. Codices Paraphraseos Themistianae contaminati classis *w*.[1]

Bu = Bruxell. 49-62 *Cg* = Cantabr. C.C.C. 206 *Ct* = Paris. B.N. 2083 *Du* = Dunelm. B.IV.6 *In* = Bern. C219 *Mn* = Monac. 23937 *Pr* = Paris. B. N. 1750 *Sm* = Abrinc. 229 *Vt* = Paris. Ars. 350



TABULA 11. Codices Paraphraseos Themistianae contaminati classis *y*.[2]

LIBRI MANU SCRIPTI : *Fg* = Monac. 6373 *Gd* = Florent. Laur. Gadd. 89 sup. 80 *It* = Vat. lat. 567 *Ka* = Paris. Ars. 351 *Mz* = Paris. Mazar. 632 *So* = Paris. B. N. 16598 *Wn* = Vindob. 843

LIBRI IMPRESSI : *Ah* = Basil. 1505 (Amorbach) *Er* = Basil. 1528 (Erasmus) *Hä* = Paris. 1531 (Haemer) *Lv* = Antw. 1576 (Lovanienses, Baccius) *Mg* = Paris. 1841, 1861 etc. (*Patr. Lat.* vol. XXXII) *Mu* = Paris. 1679 (Maurini) *Ug* = Parmae et Venet. 1491 (Ugoletus)

---

[1] In hac tabula inter *Du* et *Bu* addas *Hk* (Holkhamensem 114) quem post eam delineatam inspeximus.

[2] Hic adde *Tr* (Trecensem 40) inter *It* et *Ug*.



TABULA 12. Codices Paraphraseos Themistianae variis modis contaminati.

Av = Mediol. Ambr. B.71 sup. *Be* = Bern 300 *Bs* = Ven. Marc. Z. L. 497 *Ep* = Paris. B. N. 11129 *Et* = Eton. Bl 3.6 *Fs* = Monac. 6367 *Rg* = Vatic. Reg. 233

6. *De adnotationibus paraphrasi Themistianae subiectis.*

Adnotationes duas textui paraphraseos subdidimus, quarum prior concordantiam eius cum Aristotelis libris et cum Alcuini Dialectica necnon cum Isidori Etymologiis declarat, altera variarum lectionum seriem continet.

Aristotelis Categoriarum liber fere totus in paraphrasi Themistiana exponitur, sed neque semper eodem ordine neque fere umquam iisdem verbis. Quamobrem satis habuimus concordantiam breviter, linearum numeros cum nostri textus tum Bekkerianae editionis una scribendo, significare ; sed ubi similitudo inter Aristotelis et Pseudo-Augustini contextus non magna est, hoc indicavimus compendio '*cf.*' inserto.

Varias lectiones quae in uno tantum inveniuntur quinque codicum quibus editio nostra praecipue nititur — *Ld*, *He*, *Te*, *Gn*, *In* — tunc tantum in adnotationem admisimus cum vel aeque probabiles sint ac illae quas in textum recepimus, vel in compluribus aliis codicibus exstent, vel aliqua de causa alicuius momenti esse crederemus ; sed infinitorum prope exemplorum quibus uniuscuiusque libri peculiaritates illustrari possunt nonnulla in appendicem relegavimus, cetera publici iuris facere prolixius quam utilius esse credidimus. Sed si duobus vel pluribus

quinque illorum libris communis sit lectio, eam in adnotatione invenies : sola plerumque excepimus verba graeca vel latinis vel graecis ex latinis repetitis litteris scripta quorum exempla tantum in adnotatione ipsa dedimus, alia in appendice. De hac quoque adnotatione dicantur quae de adnotationibus ceterorum textuum diximus (pp. LXIV-LXVI) : quandocumque varia lectio in adnotationem recepta est, quinque codicum lectiones vel implicite vel explicite cognosces. Nonnumquam codicis Abrincensis 229 (*Sm*) lectiones dedimus cum crederemus eas, melius quam lectiones codicis *In*, ostendere quid in archetypo classis suae legeretur. Codices alios citavimus si quando lectiones late vulgatas praeberent vel classibus diversis acceptas.

Restat ut gratias agamus praefectis bibliothecarum eorumque adiutoribus qui nobis codicum tractandorum copiam fecerunt vel eos photographice exprimendos curaverunt vel aliis modis opitulati sunt. Hoc denique qualecumque opus amicis doctissimis dicari volumus Aetio Franceschini, quo auspice ante quinquennia quinque Categoriis latinis studere Patavii incepimus, et Rogero A. B. Mynors, quo auctore Aristoteles hic Latinus fato fere exstinctus in vitam est revocatus.

Oxoniae, Kal. Dec. MCMLX. L. M.-P.

1.

TRANSLATIO BOETHII

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotatione translationis Boethii adhibitorum

I. LIBRI LATINI :

Ei = cod. Einsidlensis, bibl. monast. 324 : saec. XI
Fy = Parisinus, bibl. nation., lat. 2788 : saec. XI
Sv = Atrebatensis, bibl. munic. 862 (343) : saec. XI
Tg = Monacensis, bibl. publ. Bavar. 18480 : saec. XI

[*Ei*], [*Fy*] ... = testimonium horum codicum deest
(*Fy*) = codex *Fy* a *Bs* differt

b = commentarii Boethiani lemmata

(***b***) = codices nonnulli
[***b***] = textus inter lemmata non invenitur

c = editionis compositae lectiones e Boethii translatione derivatae

c* = editionis compositae lectiones e translatione ***x*** fortasse derivatae
[***c***] = editio composita translationem ***x*** praebet

Rarius citantur :

Bs = cod. Venetus, bibl. S. Marci, Z. L. 497 (1811) : saec. XI
Ol = Oxoniensis, bibl. Bodleianae, Laud. lat. 49 : saec. XI
Om = Oxoniensis, bibl. Coll. S. M. Magdalenae lat. 267 : saec. XI

II. LIBRI GRAECI ET TRANSLATIONES ANTIQUAE :

n = cod. Mediolanensis, bibl. Ambros. L. 93 sup. : saec. IX
B = Venetus, bibl. S. Marci, gr. 201 : saec. X
Γ = translatio Syra Georgii : saec. VII-VIII

Rarius citantur :

A = cod. Vaticanus, Urb. gr. 35
C = Parisinus, bibl. nation. Coisl. 330
d = Florentinus, bibl. Laurent. 72.5
e = Florentinus, bibl. Laurent. 72.3
f = Venetus, bibl. S. Marci, App. IV.5
h = Venetus, bibl. S. Marci, App. IV.53
u = Basileensis, bibl. Univers. F. II.21

Ald. = editio Aldina anni MCDXCV

Δ = transl. Armenia : saec. V
I = Syra Iacobi : saec. VII
P = Syra Sergii : saec. VI
Arab. = Arabica Isaaci : saec. IX

α, *η*, *ο*, *π*, *σ*, *φ* = commentaria Ammonii, Eliae, Olympiodori, Porphyrii, Simplicii, Philoponi

LIBER ARISTOTELIS
DE DECEM PRAEDICAMENTIS

Bekker

[1] Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, 1a1
secundum nomen vero substantiae ratio diversa, ut animal homo
et quod pingitur. Horum enim solum nomen commune est, secun-
dum nomen vero substantiae ratio diversa ; si enim quis assignet 1a5
quid est utrique eorum quo sint animalia, propriam assignabit
utriusque rationem.

Univoca vero dicuntur quorum et nomen commune est et se-
cundum nomen eadem substantiae ratio, ut animal homo atque
bos. Communi enim nomine utrique animalia nuncupantur, et
est ratio substantiae eadem ; si quis enim assignet utriusque 1a10
rationem, quid utrique sit quo sint animalia, eandem assignabit
rationem.

Denominativa vero dicuntur quaecumque ab aliquo, solo
differentia casu, secundum nomen habent appellationem, ut a
grammatica grammaticus et a fortitudine fortis. 1a15

[2] Eorum quae dicuntur alia quidem secundum complexio-
nem dicuntur, alia vero sine complexione. Et ea quae secundum
complexionem dicuntur sunt ut homo currit, homo vincit ; ea
vero quae sine complexione, ut homo, bos, currit, vincit.

Eorum quae sunt alia de subiecto quodam dicuntur, in subiecto 1a20
vero nullo sunt, ut homo de subiecto quidem dicitur aliquo
homine, in subiecto vero nullo est ; alia autem in subiecto quidem

---

Desunt in ***b*** 4-8 ut — rationem

---

n 7 assignabit (*BΓ*)] ἀποδίδωσι 11 animalia (*u*)] ζῷον 15 solo] *om.*
(21 vincit currit *FySv* (*B*)] τρέχει νικᾷ)

---

*EiFySv***bc** 1-2 INCIPIT LIBER ARISTOTELIS DE DECEM PREDICAMENTIS *Fy*
(*confer Boeth. Comment.* : inscribendus liber est de decem praedicamentis *P. L.*
LXIV 162D4-5) : INCIPIT LIBER CATHEGORIARUM *Ei* : *om. Sv* : [***bc***] 7 utrique
scripsi : -is- *Fy* : -um- *EiSv**c*** : [***b***] 12 enim] autem *FySv**c*** 13 utriusque
Fy : in utrisque *Sv* : utrisque ***c*** sit] sint *EiKö*(***b***) 16 differentiae *EiFySv*
21 ut *om. Fy**c*** vincit currit *transp. FySv* 22 eorum + autem (***b***)

sunt, de subiecto vero nullo dicuntur (in subiecto autem esse
1a25 dico quod, cum in aliquo sit non sicut quaedam pars, impossibile est esse sine eo in quo est), ut quaedam grammatica in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero nullo dicitur, et quoddam album in subiecto est in corpore (omnis enim color in corpore est) ;
1b1 alia vero et de subiecto dicuntur et in subiecto sunt, ut scientia in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero dicitur de grammatica ; alia vero neque in subiecto sunt neque de subiecto dicuntur,
1b5 ut aliquis homo vel aliquis equus ; nihil enim horum neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter autem quae sunt individua et numero singularia nullo de subiecto dicuntur, in subiecto autem nihil ea prohibet esse ; quaedam enim grammatica in subiecto est.

1b10 [3] Quando alterum de altero praedicatur ut de subiecto, quaecumque de eo quod praedicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto dicentur, ut homo de quodam homine praedicatur, animal vero de homine, ergo et de quodam homine animal praedicabi-
1b15 tur ; quidam enim homo et homo est et animal.

Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae secundum speciem et differentiae sunt, ut animalis et scientiae ; animalis quidem differentiae sunt ut gressibile et volatile et bipes,
1b20 scientiae vero nulla harum est ; neque enim scientia ab scientia differt in eo quod bipes est. Subalternorum vero generum nihil prohibet easdem esse differentias ; superiora enim de subterioribus generibus praedicantur, quare quaecumque praedicati differentiae fuerint, eaedem erunt etiam subiecti.

1b25 [4] Eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm aut habitum aut facere aut pati. Est autem substantia quidem ut figuratim dicatur ut homo, equus ; quantitas ut bicubitum, tricubitum ;

---

n 2 quod (*B*)] ὁ quaedam] *om.* 5 subiecto] + μὲν (= *Sv*(**b**)) corpore est] + καθ' ὑποκειμένου δὲ οὐδενός λέγεται 8 subiecto² (*BΓ*)] + τινὸς 9 vel (*ΔIPu*)] καὶ 12 ea (*I*)] ἔνια 13 in (*Γ*)] τῶν ἐν 17 animal (*BΓ*)] + ἄρα 21 ut (*B*, *Γ* ?)] *om.* volatile (*π*)] + καὶ τὸ ἔννδρον

---

*EiFySv***bc** 1 vero *om.* (*Fy*)*Sv* : autem **bc** 5 subiecto + quidem *Sv* (**b**) 7 de²] ut de *Sv* : ut **c** : id est *Fy* 9 aliqui... aliqui **bc** 11 de subiecto nullo (*vel* de nullo subiecto *sicut Sv*) *transp.* **b** 16 dicuntur *EiSvc* 18 animal + est *Fyc* 21 quidem] enim *FySv* 22 eorum **c** 30 figuraliter **c**

qualitas ut album ; ad aliquid ut duplum, maius ; ubi vero ut in 2a1
Lycio ; quando autem ut heri ; situs vero ut sedet, iacet ; habere autem ut calciatus, armatus ; facere vero ut secare, urere ; pati vero ut secari, uri. Singula igitur eorum quae dicta sunt ipsa 2a5
quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur, horum autem ad se invicem complexione affirmatio fit. Videtur enim omnis affirmatio vel falsa esse vel vera ; eorum autem quae secundum nullam complexionem dicuntur neque verum quicquam neque 2a10
falsum est, ut homo, album, currit.

[5] De substantia. — Substantia autem est, quae proprie et principaliter et maxime dicitur, quae neque de subiecto praedicatur neque in subiecto est, ut aliqui homo vel aliqui equus. Secundae autem substantiae dicuntur, in quibus speciebus illae quae principaliter substantiae dicuntur insunt, hae et harum 2a15
specierum genera ; ut aliquis homo in specie quidem est in homine, genus vero speciei animal est ; secundae ergo substantiae dicuntur, ut est homo atque animal. Manifestum est autem ex his quae dicta sunt quoniam eorum quae de subiecto dicuntur ne- 2a20
cesse est et nomen et rationem de subiecto praedicari, ut homo de subiecto dicitur aliquo homine, et praedicatur nomen ; namque hominem de aliquo homine praedicabis. Ratio quoque hominis de aliquo homine praedicabitur ; quidam enim homo et homo est. 2a25
Quare et nomen et ratio praedicabitur de subiecto. Eorum vero quae sunt in subiecto, in pluribus quidem neque nomen de subiecto neque ratio praedicatur, in quibusdam vero nomen quidem nihil prohibet praedicari, rationem vero impossibile est ; 2a30

---

n 1 duplum (*BP*)] + ἥμισυ 2 Lycio (*Γh*)] + ἐν ἀγορᾷ heri (*P*)] + πέρυσιν 4 igitur (δὴ ?)] δὲ 5 dicuntur (*ΓIe*)] + ἢ ἀποφάσει 6-7 affirmatio *bis* (*ΓIe*)] + ἢ ἀπόφασις 9 currit (*ΓI*)] + νικᾷ 11 subiecto (*I*)] + τινὸς 12 subiecto (*ΓI*)] + τινί 15 in[1] (*BΓ*)] ὡς ἐν 17 dicuntur] αὗται λέγονται 21 hominem (*BΓ*)] + καὶ (22 est] + et animal rationale mortale *Fy*(**c**) : + καὶ ζῷον *PCdu*) 26 praedicari (*ΓI*)] + ποτε τοῦ ὑποκειμένου (= *Tg*(**b**)**c**)

---

*EiFySv***bc** 2 Lycio] loco *FySv*(**b**)**c** autem *om.* (**b**) situm (**b**) 3 autem *om.* (**bc**) 4 vero *om. Ei***bc** 6 enim] autem *FySv***c** 8 complexionem + esse **b** 8-9 verum — est] vera neque falsa sunt *Eic* 13 dicuntur + species *FySv***c** heae (*sic*) *Ei* 19 hominis *FyTg* (**c**) 20 dicitur *om. Fy***c** 21 hominem] -is *EiSv* (**b**) : *ante* namque (20) *Fy*(**b**)**c** quoque] vero *FySv* 22 est + et animal rationale mortale *Fy*(**c**) 23 et[1] *om. EiSv*(**b**) 24 in[2]] de *EiSv***b** 25 praedicabitur *FySv***c** 26 praedicari + de subiecto *Bs* : + aliquando de subiecto *Tg*(**b**)**c***

ut album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de subiecto (dicitur enim corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur. Cetera vero omnia aut de subiectis dicuntur
2a35 primis substantiis aut in eisdem subiectis sunt. Hoc autem manifestum est ex his quae singulatim proferuntur ; ut animal de homine praedicatur, quare et de aliquo homine praedicabitur ;
2b1 nam si de nullo aliquorum hominum diceretur, nec de ipso homine praedicaretur omnino. Rursus color in corpore est ; ergo et in aliquo corpore ; nam si in nullo esset corporum singulorum, nec in corpore esset omnino. Quocirca cetera omnia aut de
2b5 subiectis primis substantiis dicuntur aut in subiectis ipsis sunt. Si ergo primae substantiae non sunt, impossibile est aliquid esse ceterorum. Omnia enim alia aut de ipsis subiectis dicuntur aut in subiectis ipsis sunt ; quare, si primae substantiae non sunt, impossibile est aliquid esse ceterorum.

Secundarum vero substantiarum magis est species substantia quam genus ; propinquior enim est primae substantiae. Si enim quis primam substantiam quid sit assignet, evidentius et conve-
2b10 nientius assignabit speciem proferens quam genus, ut de aliquo homine evidentius assignabit hominem proferens quam animal ; illud enim magis est proprium alicuius hominis, hoc vero communius. Et aliquam arborem assignans, evidentius assignabit
2b15 arborem nominans quam plantam. Amplius primae substantiae, propterea quod aliis omnibus subiacent et omnia cetera vel de ipsis praedicantur vel in ipsis sunt, idcirco maxime substantiae dicuntur. Quemadmodum autem primae substantiae ad omnia cetera se habent, ita sese species habet ad genus ; subiacet enim
2b20 species generi ; etenim genera de speciebus praedicantur, species vero de generibus non convertuntur. Quocirca etiam ex his species genere magis est substantia. Ipsarum vero specierum

---

Desunt in **b** 4-15 hoc — ceterorum 19-23 ut — plantam 26-30 quemadmodum — substantia

---

n 6 praedicabitur (*BP*)] *om.* 9 corporum (*P*(*Δ*))] *om.* 19 speciem (*BΓ*)] + μᾶλλον 20 homine (*ΔI*)] + ἀποδιδοὺς assignabit (*BΓ*)] + καὶ οἰκειότερον 25 substantiae (*ΓI*)] + πρῶται 26 omnia (*BΔP*)] *om.*

---

*EiFySv***bc** 13 alia + quae sunt *Ei* : [*Sv***b**] ipsis *om. Ei* : [*Sv***bc**] 16 maxime substantia est species ***c**** 17-18 quis enim assignet primam substantiam quid est ***c*** 21 communius] minus *FySv* 22 et + si *FySv* (*cf.* ***c***)
*EiFy***bc** 22 assignans] reddideris *Fy**c**** 23 plantam] arbustum *Fy**c**** 30 magis + proxima *Fy*(***c****) : [***b***]

quae genera non sunt, nihilo plus alia ab alia substantia est ; nihil enim convenientius proferetur si quis de aliquo homine hominem reddat quam si de aliquo equo proferat equum. Similiter 2b25 autem et in primis substantiis nihilo plus alia ab alia substantia est ; nihil enim magis aliquis homo quam aliquis bos substantia est.

Recte autem post primas substantias solae omnium ceterorum 2b30 species et genera dicuntur secundae esse substantiae ; eorum enim quae praedicantur primas substantias solae significant. Aliquem enim hominem si quis assignet quid sit, si speciem quam genus protulerit, convenienter proferet, et manifestum faciet hominem quam animal proferens ; ceterorum vero quicquid protulerit, 2b35 aliena erit illa prolatio, ut album vel currit vel quodlibet huiusmodi si reddat. Quare recte hae solae praeter cetera substantiae dicuntur. Amplius primae substantiae, propterea quod aliis omnibus subiacent, idcirco propriae substantiae dicuntur ; 3a1 quemadmodum autem primae substantiae ad omnia cetera sese habent, ita primarum substantiarum genera et species ad omnia reliqua sese habent ; de istis enim omnibus cetera praedicantur : aliquem enim hominem dices grammaticum, ergo et hominem 3a5 et animal grammaticum praedicabis ; similiter autem et in aliis.

Commune est autem omni substantiae in subiecto non esse. Prima enim substantia nec de subiecto dicitur nec in subiecto est ; secundae vero substantiae sic quoque manifestum est 3a10 quoniam non sunt in subiecto. Etenim homo de subiecto quidem aliquo homine dicitur, in subiecto vero nullo est ; neque enim in aliquo homine homo est. Similiter autem et animal de subiecto quidem dicitur de aliquo homine, non est autem animal in aliquo 3a15 homine. Amplius eorum quae sunt in subiecto nomen quidem

---

Desunt in ***b*** 2-6 nihil — est 9-15 aliquem — dicuntur 17-21 quemadmodum — aliis

---

n 2 enim (*BΓ*)] + *μᾶλλον* 3 proferat] *om.* 7 omnium] *om.* 9 primas substantias (*P*, *Δ* ?)] *πρῶται οὐσίαι* 11 et (*BΓ*)] + *γὰρ* manifestum] *γνωριμώτερον* 12 protulerit] + *τις* 15 amplius (*BΓ*)] + *δὲ* 18 genera ... species (*Γ*)] *εἴδη ... γένη* 19 omnibus] *πάντα* 26 nullo (*u*)] *οὐκ*

---

*EiFy****bc*** 1 quaecumque *Fyc** nihil *Fyc** 4 nihil *Fyc** : [***b***] 7 sola (***b***)***c**** 8 secundae *om.* (*Fy****b***) : *ante* dicuntur (***b***) : [***c***] 9 sola (***b***)***c**** 10-11 speciem—proferet] protulerit speciem (sp. prot. *Bs*) convenientius assignabit quam si genus *TgFy* : [***bc***] 11 manifestum] *an scribendum* manifestius ? 12 quam] non(?) *Ei* : [***bc***] 13 huiusmodi] aliud *Ei* 14 prae ceteris *Fy* : [***bc***] 28 de *om.* *Fy****b*** : [***c***]

de subiecto aliquotiens nihil prohibet praedicari, rationem vero impossibile est. Secundarum vero substantiarum de subiectis ratio praedicatur et nomen ; rationem enim hominis et animalis
3a20 de aliquo homine praedicabis. Quare non erit eorum substantia quae sunt in subiecto. Non est autem proprium substantiae hoc ; sed differentia eorum est quae in subiecto non sunt ; bipes enim et gressibile de subiecto quidem de homine praedicatur, in
3a25 subiecto vero nullo est ; non enim in homine est bipes neque gressibile. Et ratio quoque differentiae de illo dicitur de quo ipsa differentia praedicatur, ut si gressibile de homine dicatur, et ratio gressibilis de homine praedicabitur ; est enim homo gressibile. Non nos vero conturbent substantiarum partes quae ita
3a30 sunt in toto quasi in subiecto sint, ne forte cogamur dicere non eas esse substantias ; non enim sic dicebantur esse ea quae sunt in subiecto ut quasi partes essent.

Inest autem substantiis et differentiis ab his omnia univoce
3a35 praedicari. Omnia enim quae ab his praedicamenta sunt aut de individuis praedicantur aut de speciebus. Et a prima quidem substantia nulla est praedicatio (de nullo enim subiecto dicitur), secundarum vero substantiarum species quidem de individuo
3b1 praedicatur, genus autem et de specie et de individuo ; similiter autem et differentiae et de speciebus et de individuis praedicantur. Rationem quoque suscipiunt primae substantiae specierum et generum, et species generis (quaecumque enim de praedi-
3b5 cato dicuntur, eadem et de subiecto dicentur) ; similiter autem et differentiarum rationem suscipiunt species et individua ; univoca autem erant quorum et nomen commune est et ratio. Quare omnia a substantiis et differentiis univoce praedicantur.

3b10 Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare. Et in primis quidem substantiis indubitabile et verum est quoniam

---

n 3 ratio ... et nomen (*BΓ*)] τοὔνομα καὶ ὁ λόγος... 7 quidem (*BΓ*)] *om.* 15 essent (*Ald.*)] + ἔν τινι 21 et[1] (*BΓ*)] *om.* 23-24 specierum ... generum (*BΓ*)] γενῶν ... εἰδῶν 27 ratio] + ὁ αὐτός 28 omnia (*Γ* ?)] + τὰ

EiFybc 3 et nomen *om. Fy*(***b***) : *spatium sex litter. Ei* 6 sed] namque *Eib* 7 de[2] *om.* ***bc**** 8 neque] et *Eib* 14 esse eas *transp. Ei* (***b***) 17 sunt praedicamenta *transp.* ***c*** 18 aut de speciebus praedicantur *transp. Ei* 19 praedicatio est *transp. Ei* 22 et[1] *om. Fy*(***b***) 23 quoque] namque ***c*** 25 dicentur] -untur *Ei* (?) ***b*** 27 erant *scripsi* : -unt *codd.* : [***c***] 30 quidem *om.* (***b***)

hoc aliquid significat ; individuum enim et unum numero est quod significatur. In secundis vero substantiis videtur quidem similiter ad appellationis figuram hoc aliquid significare, quando quis dixerit hominem vel animal ; non tamen verum est, sed 3b15
5 quale aliquid significat (neque enim unum est quod subiectum est quemadmodum prima substantia, sed de pluribus homo dicitur et animal) ; non autem simpliciter qualitatem significat, quemadmodum album (nihil enim aliud significat album quam qualitatem), genus autem et species circa substantiam qualitatem 3b20
10 determinant (qualem enim quandam substantiam significant). Plus autem genere quam specie determinatio fit : dicens enim animal plus complectitur quam hominem.

Inest autem substantiis et nihil illis esse contrarium. Primae 3b25 enim substantiae quid erit contrarium ? Ut alicui homini ; nihil
15 enim est contrarium ; at vero nec homini nec animali nihil est contrarium. Non est autem hoc substantiae proprium, sed etiam multorum aliorum, ut quantitatis ; bicubito enim nihil est contrarium, at vero nec decem nec alicui talium, nisi quis 3b30 multa paucis dicat esse contraria vel magnum parvo ; determina-
20 torum vero nullum nulli est contrarium.

Videtur autem substantia non suscipere magis et minus ; dico autem non quoniam substantia non est a substantia magis substantia (hoc enim dictum est quoniam est), sed quoniam una- 3b35 quaeque substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis et
25 minus ; ut, si est ipsa substantia homo, non erit magis et minus homo, nec ipse a se ipso nec ab altero. Neque enim est alter altero magis homo, quemadmodum album est alterum altero magis 4a1 album, et bonum alterum altero magis bonum ; et ipsum se ipso magis et minus dicitur, ut corpus, album cum sit, magis dicitur
30 nunc quam primo, et calidum magis et minus dicitur ; substantia 4a5

Desunt in **b** 25-**12**.3 ut — minus

---

n 4 sed] + μᾶλλον 9 genus ... species *(eC)*] εἶδος ... γένος 18 at vero (γε *e, u* ?)] *om.* 19 determinatorum (*Δσ, Γ*?)] + ποσῶν 23 substantia (*ΓIC*)] + καὶ ἧττον οὐσία 25 erit (*BΓ*)] ἔστι 26 nec[2]] + ἕτερος 29 magis[2]] + λευκὸν 30 calidum (*e*)] + ὂν minus] + θερμόν

---

*EiFy***bc** 2 significat **b** 3 ad ... figuram] sub ... figura *FyTg* : figura **c** 10 determinat *Ei***b** quale (*Fy***b**)**c** significat **bc** 11 in genere... in specie *Fy***c** enim] autem **c** 12 complectitur + hic **c** 15 enim *om.* *Fy*(**c**) 17 quantitati (**b**)**c** 22 quoniam] quod *Ei* : [**c**] 25 si *om. Fy***c**, ? *Ei*

vero non dicitur (neque homo magis dicitur nunc homo quam antea dicitur, nec ceterorum aliquid quae sunt substantia) ; quare non suscipiet substantia magis et minus.

4a10 Maxime autem proprium substantiae videtur esse quod, cum sit idem et unum numero, contrariorum susceptibile est. Et in aliis quidem nullis hoc quisquam habeat proferre quae non sunt substantiae, quod unum numero contrariorum erit susceptibile ; 4a15 ut color, quod est unum et idem numero, non erit album et nigrum, nec eadem actio et una numero erit mala et bona ; similiter autem et in aliis quaecumque substantiae non sunt. Ipsa vero substantia, cum sit una et eadem numero, contrariorum susceptibilis est ; ut quidam homo, unus et idem cum sit, aliquando albus 4a20 aliquando niger fit, et calidus et frigidus, et improbus et probus. In aliis vero nullis tale aliquid videtur, nisi quis opponat orationem et opinionem dicens huiusmodi esse ; eadem enim oratio et 4a25 vera et falsa esse videtur, ut, si vera oratio est aliquem sedere, cum ipse surrexerit eadem ipsa erit falsa ; similiter autem et in opinione ; si quis enim vere opinabitur sedere aliquem, cum ipse surrexerit false opinabitur, eandem de eo retinens opinionem. Quod si quis etiam hoc recipiat, at modo ipso differt ; eadem 4a30 enim quae sunt in substantiis ipsa permutata contrariorum sunt susceptibilia (frigidum enim ex calido factum permutatum est, et nigrum ex albo et probum ex improbo, similiter autem et in aliis singula ipsa permutationem suscipientia contrariorum sus- 4a35 ceptibilia sunt), oratio vero et opinio ipsa quidem immobilia omnino semperque permanent, re vero mota contrarietas circa ea

---

Desunt in **b** 5-**13**.6 et² — susceptibiles

---

n 1 non (*Γ*)] οὐδὲν μᾶλλον ... καὶ ἧττον neque] + γὰρ dicitur² (*eC, qui tamen* dicitur *lin.* 2 *om.*)] *om.* 2 aliquid (*BΓ*)] + ἔσται 5 et² (*om. P*)] οἷον 6 nullis (non *Fy* : οὐ *B*)] οὐδενὸς hoc (*eP* : τὸ τοιοῦτο *uA*)] *om.* 7 substantiae (*B*)] οὐσία numero (*Δe*)] + ὂν (= *FyTgc*) 8 erit (*BΓ*)] λέγεται 9 erit (*BΓ*)] ἐστι 15 huiusmodi (*BΓ*)] ἐναντίων esse (*Γ*(*Δ*))] + δεκτικά 17 ipsa (*BΓ*)] *om.* 18 *et* 19 opinabitur (*B, prius Γ*)] δοξάζει (*cf. FyTg*) 20 eadem (*pro* ea quidem ?)] τὰ μὲν 23 et¹ (*Arab.*)] ἠλλοίωται γὰρ καὶ 24 contrariorum (*BΓ*)] τοῦ ἐναντίου

EiFybc 2 dicitur *om. Fy* : [*bc*] substantiae *Ei* : [*b*] 5 susceptivum *Fy*(*b*)*c** 6 nullis — proferre] non habebit quis quod proferat *FyTg* (*cf.* **c***) : [*b*] 7 unum numero] cum unum numero sit (sit *post* cum **c***) *FyTg* **c*** : [*b*] erit *om. Ei* : [*c*] 10 autem *om. EiBs* : [*b*] 17 ille *Ei* : [*bc*] 19 opinatur *FyTg* 20 eadem *codd.* : [*c*] : *an scribendum* ea quidem ? 26 semperque permanent — ea] perseverant, cum vero res movetur contrarium circa eam *Fyc** : [*b*]

fit ; oratio enim permanet eadem sedere aliquem, re vero mota ali- 4b1
quotiens quidem vera fit aliquotiens falsa ; similiter autem et in opinione. Quapropter hoc modo proprium erit substantiae ut secundum propriam permutationem susceptibilis contrariorum sit — si quis etiam hoc suscipiat, opinionem et orationem 4b5
contrariorum esse susceptibiles ; non est autem hoc verum ; etenim oratio et opinio non quod ea suscipiant aliquid contrariorum esse susceptibilia dicuntur, sed quod circa alteram quandam passionem sint. — Eo enim quo res est vel non est, eo oratio vel vera vel falsa dicitur, non eo quod ipsa susceptibilis 4b10
est contrarii. Simpliciter enim nihil neque oratio movetur neque opinio, quare non erunt susceptivae contrariorum nullo in eis facto. Substantia vero, quod ipsa suscipiat contraria, eo dicitur contrariorum susceptibilis. Aegritudinem enim et sanitatem suscipit, et albedinem et nigredinem ; et unumquodque talium 4b15
ipsa suscipiens contrariorum esse dicitur susceptibilis. Quare proprium erit substantiae, cum sit idem et unum numero, susceptibilem contrariorum esse. Et de substantia quidem haec dicta sint.

[6] De quantitate. — Quantitatis aliud est continuum, aliud 4b20
disgregatum atque discretum ; et aliud quidem ex habentibus positionem ad se invicem suis partibus constat, aliud vero ex non habentibus positionem. Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio, continua vero ut linea, superficies, corpus, praeter haec vero tempus et locus. Partium enim numeri nullus est communis 4b25
terminus ad quem partes ipsius coniungantur ; ut quinarius, si est pars denarii, ad nullum communem terminum coniunguntur

---

Desunt in **b** 9-19 eo[1] — sint 24-**14**.9 continua — coniunguntur

---

n 2 fit (*ΓΙΔ*)] λέγεται 5 etiam (*BΓ*)] *om.* hoc] ταῦτα orationem (*BΓ*)] + φάσκειν 10 vel falsa (*BΓ*)] *om.* 11 neque[1] (*ΓP*)] ὑπ' οὐδενὸς οὔτε 17 susceptibilem (*ΓP*)] κατὰ τὴν αὐτοῦ μεταβολὴν δεκτικόν 20 quantitatis (*Γ*)] + δὲ 22 ex non (*B*)] οὐκ ἐξ 23 ut (*BΓ*)] *om.* 24 ut (*C*(*Δ*))] *om.*

---

*EiFy***bc** 1 enim *om. Ei* : [*c*] 1-2 sedere — falsa] eo quod sedeat aliquis, cum vero res mota sit aliquando (+ quidem ***c****) vera aliquando (+ autem ***c****) falsa fit *Fy****c**** 4 propriam] suam *Fy****c**** 5 recipiat *Ei****c**** : [***b***] 7 ea] ipsa *Fy****bc**** 8 susceptiva esse ***b*** : susceptibilia esse ***c**** 8-9 alteram sint — alterum alia (aliqua ***c***) passio facta sit *Fy****c**** 13 vero + eo *Fy* : [***bc***] 17 susceptibilem (-ile *Fy*) *post* esse (18) *Ei* : [***bc***] 21 disgregatum atque *om.* ***c****, atque discretum *om. Fy****b*** : *an duplex lectio* ? 23 positionem *om. Fy****b*** autem *om. Ei*

quinque et quinque, sed disiuncti sunt ; et tres et septem ad nullum communem terminum coniunguntur ; neque omnino
4b30 aliquis habebit in numero sumere communem terminum partium, sed semper discretae sunt ; quare numerus discretorum est. Similiter est autem et oratio discretorum ; (quoniam enim quantitas est et oratio manifestum est ; mensuratur enim syllaba longa
4b35 et brevis ; dico vero illam quae fit cum voce orationem) ; ad nullum enim communem terminum partes eius coniunguntur ; neque enim est communis terminus ad quem syllabae coniungun-
5a1 tur, sed unaquaeque discreta est secundum se ipsam. Linea vero continua est ; namque est sumere communem terminum ad quem partes ipsius coniunguntur, hoc est autem punctum, et superficiei linea (superficiei enim partes ad quendam communem terminum
5a5 coniunguntur). Similiter autem et in corpore habebit quis sumere communem terminum, vel lineam vel superficiem, ad quem partes corporis coniunguntur. Sunt autem talium et tempus et locus ; praesens enim communis est terminus ad quem coniunguntur praeterita vel futura. Rursus locus continuorum est ;
5a10 locum enim quendam partes corporis retinent, quae ad quendam communem terminum coniunguntur ; ergo et loci partes, quas tenent singulae partes corporis, ad eundem terminum coniunguntur ad quem et partes corporis iungebantur ; quare continuum est et locus ; ad unum enim communem terminum eius partes coniunguntur.

5a15 Amplius alia sunt quae ex habentibus ad se invicem positionem suis partibus constant ; ut lineae quidem partes habent ad se invicem positionem (singulae enim iacent alicubi, et possis cognoscere et designare ubi singulae in superficie iaceant et ad

---

Desunt in **b** 19-24 locum — coniunguntur

---

n 1 sed (*BΓ*)] + ἀεὶ 7 brevis] μακρᾷ (= *Tg*) 11 continua (*B*)] συνεχὲς 13 linea] γραμμήν 15 quem (*φη*)] ἣν (= *Fy***b**) 26 constant] + τὰ δ' οὐκ ἐξ ἐχόντων θέσιν

---

*EiFyTg***bc** 1 disiuncta *FyTg* : [**bc**] 5 autem est *transp. Fy* : [**bc**] 7 brevi *Tg* : [**bc**] 9 coniungantur *FyTg* : [**bc**] 12 coniungantur *FyTg* (**b**) : [**c**] autem est *transp. Tg***b** : [**c**] 13 linea *codd.* : *an scribendum* lineam ? 15 quam *Fy***b** : [**c**] 16 coniungantur *EiTg* : [**c**] 17 coniungantur *FyTg***b**, *Ei* ? [**c**] 19 locus enim continet quasdam partes corporis *FyTg* : [**bc**] 20 et *om. FyTg* : [**bc**] 22 continuus *Tg***c*** : [**b**] 23 et *om. FyTg* : [**bc**] 25 ex + his quae *vel* + his quae ex (**b**) : [**c**] : *an duplex lectio* habentibus, his quae habent ? 28 iacent *FyTg* (**b**) : [**c**]

quam ceterarum partium coniungantur) ; similiter autem et 5a20
superficiei partes habent aliquam positionem (similiter enim
designabuntur singulae ubi iacent, et quae ad se invicem coniun-
guntur). Et soliditatis quoque et loci similiter. In numero vero
5 nullus habet perspicere quemadmodum partes habeant ad se
invicem aliquam positionem vel ubi iaceant vel quae ad quam 5a25
coniungantur ; at vero nec temporis ; nihil enim permanet ex
partibus temporis, quod autem non est permanens, quomodo
hoc habebit aliquem positionem ? Sed magis ordinem quendam
10 dices retinere idcirco quod temporis hoc quidem prius est, illud 5a30
vero posterius. Et in numero quoque eo quod prius numeretur
unus quam duo et duo quam tres ; et sic habebunt aliquem
ordinem, positionem vero non multum accipies. Et oratio simi-
liter ; nihil enim eius partium permanet, sed dictum est et non est
15 ultra hoc sumere, quare non erit ulla positio eius partium cuius 5a35
permanet nihil. Igitur alia ex habentibus ad se invicem partibus
positionem constant, alia vero ex non habentibus positionem.

Proprie autem quantitates hae solae sunt quas diximus, alia
vero omnia secundum accidens sunt ; ad haec enim aspicientes 5b1
20 et alias dicimus quantitates, ut multum dicitur album eo quod
superficies multa sit, et actio longa eo quod tempus multum et
longum sit, et motus multus ; neque enim horum singulum per se
quantitas dicitur ; ut, si quis assignet quanta sit actio, tempore
definiet, annuam vel sic aliquo modo assignans, et album quan- 5b5
25 tum sit assignans superficie definiet (quanta enim fuerit super-
ficies, tantum esse album dicet) ; quare solae proprie et secundum
se ipsae quantitates dicuntur quae dictae sunt, aliorum vero
nihil per se, sed, si forte, per accidens. 5b10

Desunt in ***b*** 13-16 et — nihil

---

n 1 partium] *μόριον* 6 quae ad quam (*Δ* ?)] *ποιά γε πρὸς ἄλληλα* 7 coniungantur] + *τῶν μορίων* 9 habebit (*BΓ*)] + *τῶν μορίων* 11 quoque (*Γ*)] *δὲ ὡσαύτως* 17 ex non *(uC)*] *οὐκ ἐξ* 26 dicet (*φήσεις BΓ*)] *φησιν*

---

*EiFyTg***bc** 4 et[1] *om. Ei* : [*c*] vero *om.* (***b***) : [*c*] 6 aliquam *om.* ***b*** : [*c*] quae ad quam] quemadmodum *FyTg* : [*c*] 11 et *om. EiTg* : [*c*] 13 non multum accipies] non omnino accipies *Fy* : non multum accipies non omnino *Ei* : non omnino percipies ***c**** : *an duplex lectio* ? 15 sumi *Fyc** : [***b***] 16 invicem + suis *Ei* : [*c*] 17 vero] autem *Fyc** : *om. Tg.* : [*Ei*] 19 sunt *om.* ***bc*** 20 dicitur] -mus (***b***) 21-22 et longum et multum ***c*** 23 temporis *Ei* : -um *Fy* 25 superficiem *EiFy* 26 dicis ***c*** 28 si *om. EiFy*

Quantitatibus vero nihil est contrarium (in his enim quae definita sunt manifestum est quoniam nihil est contrarium, ut bicubito vel tricubito vel superficiei vel alicui talium — nihil 5b15 enim est contrarium), nisi multa paucis dicat quis esse contraria vel magnum minori. Horum autem nihil est quantitas sed ad aliquid ; nihil enim per se ipsum magnum dicitur vel parvum, sed ad aliud refertur ; nam mons quidem parvus dicitur, milium vero magnum eo quod hoc quidem sui generis maius sit, illud 5b20 vero sui generis minus ; ergo ad aliud est eorum relatio ; nam, si per se ipsum parvum vel magnum diceretur, numquam mons quidem aliquando parvus, milium vero magnum diceretur. Rursus in vico quidem plures homines esse dicimus, in civitate vero paucos cum sint eorum multiplices, et in domo quidem 5b25 multos, in theatro vero paucos cum sint plures. Amplius bicubitum vel tricubitum et unumquodque talium quantitatem significat, magnum vero vel parvum non significat quantitatem, sed magis ad aliquid ; quoniam ad aliud spectatur magnum et parvum ; quare manifestum est quoniam haec ad aliquid sunt. 5b30 Amplius, sive aliquis ponat ea esse quantitates sive non ponat, nihil illis erit contrarium ; quod enim non est sumere per se ipsum sed ad solam alterius relationem, quomodo huic aliquid erit contrarium ? Amplius, si sunt magnum et parvum contraria, con- 5b35 tingit idem simul contraria suscipere et ea ipsa sibi esse contraria. Contingit enim simul idem parvum esse et magnum (est enim ad hoc quidem parvum, ad aliud vero hoc idem ipsum magnum) ; quare idem parvum et magnum et eodem tempore esse contingit, 6a1 quare simul contraria suscipiet ; sed nihil est quod videatur simul contraria posse suscipere ; ut substantia, susceptibilis quidem contrariorum esse videtur, sed nullus simul sanus est et aeger, nec albus et niger simul ; nihilque aliud simul contraria suscipit.

---

n 1 quantitatibus vero (*τῷ δὲ ποσῷ ο(α))*] *ἔτι τῷ ποσῷ* (= *Fy*(***b***)***c****) 2 nihil (*BΓ*)] + *οὐδενί* 4 est (*Γ*)] *αὐτῶν ἐστι* 7 nam] *οἷον* 26 parvum ... magnum (*Γ*)] *μέγα ... μικρὸν* et eodem] *κατὰ τὸν αὐτὸν*

---

*EiFyTg**bc*** 1 quantitatibus] amplius quantitati *Fy*(***b***)***c**** 1-2 his — sunt] definitis enim ***bc*** 4 enim *om. Tg**b*** contraria] -riūa (*sic*) *Ei* 6 vel parvum *om.* ***c*** 7 aliud] aliquid (***bc***) 12 esse homines *transp.* ***c*** 17 spectat ***c*** 19 eas *Ei* (***b***) : [***c***] 20 contrarium erit *transp. FyTg* 21 relationem + refertur *FyTg**c**** 27 suscipit (***b***)***c*** 29 sed + non suscipit uno eodemque (et eodem *Tg*) tempore nam *FyTg*(***b***) et sanus et aeger est ***c*** 30 suscipiet *Ei**bc***

Et eadem sibi ipsis contingit esse contraria ; nam si est magnum 6a5
et parvum contrarium, ipsum autem idem simul est parvum et magnum, ipsum sibi erit contrarium ; sed impossibile est ipsum sibi esse contrarium. Non est igitur magnum parvo contrarium
5 nec multa paucis ; quare si quis haec non relativa esse dicat, 6a10
quantitas tamen nihil contrarium habebit.

Maxime autem circa locum esse videtur contrarietas quantitatis ; sursum enim ei quod est deorsum contrarium ponunt, regionem mediam deorsum dicentes propterea quod multa
10 distantia est medietatis ad mundi terminos. Videntur autem et 6a15
aliorum contrariorum definitionem ab his proferre ; quae enim multum a se invicem distant in eodem genere contraria esse definiunt.

Non videtur autem quantitas suscipere magis et minus, ut 6a20
15 bicubitum (neque enim est aliud alio magis bicubitum) ; neque in numero, ut ternarius quinario (nihil enim magis tria dicentur, nec tria potius quam tria) ; nec tempus aliud alio magis tempus dicitur ; nec in his quae dicta sunt omnino aliquid magis et minus dicitur. Quare quantitas non suscipit magis et minus. 6a25

20 Proprium autem maxime quantitatis est quod aequale et inaequale dicitur. Singulum enim earum quae dictae sunt quantitatum et aequale dicitur et inaequale, ut corpus aequale et inaequale, et numerus aequalis et inaequalis dicitur, et tempus aequale et inaequale ; similiter autem et in aliis quae dicta sunt 6a30
25 singulis aequale et inaequale dicitur. In ceteris vero quae quantitatis non sunt, non multum videbitur aequale et inaequale dici, namque dispositio aequalis et inaequalis non multum dicitur sed

---

Desunt in **b** 5-6 nec — habebit 9 propterea

---

n 4 esse (*BΓ*)] τι εἶναι καὶ 8 ei quod est (*BΓ*)] πρὸς τὸ 16 enim] *om.* 16 magis] + πέντε ἢ 25-26 quantitatis (ποσοῦ ?)] ποσὸν 27 namque] οἷον

---

*EiFyTg***bc** 1-2 parvum et magnum *transp. FyTg* : magnum parvum *Ei* : magnum parvo **c** 5-6 quare — habebit *om. EiFy* : [**bc**] 6 quantitatis **c*** (*an recte* ?) 7 esse *om.* **b** : *post* videtur **c** 8 ei quod est] ct *FyTg***b** : [**c**] contraria *Fy* : -aum (*sic*) *Ei* 9 propterea] scilicet terram (*ex commentario Boeth.*) *FyTg* : [**c**] 16 dicantur *Ei* 17 tempus²] et minus *FyTg***bc** 18 aliquid *om. FyTg***bc** 19 suscipiet (**b**) 21 dicta *FyTg***bc** 23 dicitur + et oratio aequalis et inaequalis *Fy* 23-24 tempus — inaequale (+ dicitur *Fy*)] est (an *ex* ē *pro* ō = oratio ?) aequalis et inaequalis *Eib* 25 singulis + et (**b**)**c** quantitates (**b**)**c** 26 videtur **c** 27 dispositio] affectio et dispositio *FyTg* : affectio **bc** : *an duplex lectio* ?

magis similis, et album aequale et inaequale non multum sed
6a35 simile. Quare quantitatis proprium est aequale et inaequale nominari.

[7] De relativis vel ad aliquid. — Ad aliquid vero talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, ut maius hoc ipsum quod est ad aliud dicitur (aliquo enim maius dicitur), et duplex ad aliud dicitur hoc ipsum quod est (alicuius enim duplex dicitur) ;
6b1 similiter autem et quaecumque alia talia sunt. At vero sunt etiam et haec ad aliquid, ut habitus, affectio, scientia, sensus, positio ; haec enim omnia quae dicta sunt hoc ipsum quod sunt aliorum
6b5 dicuntur et non aliter ; habitus enim alicuius habitus est, et scientia alicuius scientia, et positio alicuius positio, et alia quidem similiter. Ad aliquid ergo sunt quaecumque id quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud ; ut mons magnus dicitur ad montem alium (magnum enim ad aliquid dicitur), et
6b10 simile alicui simile dicitur, et omnia talia similiter ad aliquid dicuntur. Est autem et accubitus et statio et sessio positiones quaedam, positio vero ad aliquid est ; iacere autem vel stare vel sedere ipsa quidem non sunt positiones, denominative vero ex his quae dictae sunt positionibus nominantur.
6b15 Inest autem et contrarietas in relatione, ut virtus malitiae contrarium est, cum sit utrumque ad aliquid, et scientia inscientiae. Non autem omnibus relativis inest contrarietas ; duplici enim nihil est contrarium, neque vero triplici neque ulli talium.
6b20 Videntur autem et magis et minus relativa suscipere ; simile enim magis et minus dicitur, et inaequale magis et minus dicitur, cum utrumque sit relativum (simile enim alicui simile dicitur et
6b25 inaequale alicui inaequale). Non autem omnia suscipiunt magis

---

Desunt in **b** 6-9 ut — sunt

---

n 2 quantitatis] + μάλιστα 16 dicitur[2]] + τὸ ὅρος 29 inaequale alicui inaequale (*BΓ*)] τὰ ἀνισαίτερα ἑτέρων τινῶν ἀνίσων ἀνισαίτερα

---

*EiFyTg***bc** 6 aliter ad] aliquid (***b***) 6-7 ad aliud] aliud *Ei* : alterius *Tg***c*** : *om. Fy* : [***b***] 7 dicitur[1] *om. EiFy* : [***b***] 8 alicui *Ei* : [***b***] 10 affectio] dispositio *FyTg***b**, *Cassiod. Instit.* II. III.10 : [***c***] : *an duplex lectio* ? 16 alium montem *transp. FyTg* 17 dicitur *om. FyTg*(***b***)***c*** 20 ipsae ***bc*** ex] de *vel* ab ***b*** : ab ***c*** 21 dicta (***b***)***c*** positiones *Ei*(***b***)***c*** nominantur] dicuntur (*ante* ex *lineae praecedentis*) *Fy* 22 malitiae] vitio malitiae *Fy* : vitio *Tg***bc** : *an duplex lectio* ? 23 est *post* aliquid ***bc*** inscitiae *Tg*(*Fy*) : [***c***] 25 tali *Ei*(***b***) : alii *Fy*

et minus ; duplex enim non dicitur magis et minus duplex, nec aliquid talium.

Omnia autem relativa ad convertentia dicuntur, ut servus domini servus dicitur et dominus servi dominus, et duplum dimi- 6b30
dii duplum et dimidium dupli dimidium, et maius minore maius et minus maiore minus ; similiter autem et in aliis ; sed casu aliquotiens differt secundum locutionem, ut scientia scibilis rei dicitur scientia et scibile scientia scibile, et sensus sensibilis 6b35
sensus et sensibile sensu sensibile. At vero aliquotiens non videbitur convertere nisi convenienter ad quod dicitur assignetur, sed peccet is qui assignat ; ut ala si assignetur avis, non convertitur ut sit avis alae ; neque enim convenienter prius assignatum 7a1
est ala avis ; neque enim in eo quod avis, in eo eius ala dicitur, sed in eo quod alata est (multorum enim et aliorum alae sunt, quae non sunt aves) ; quare si assignetur convenienter, et convertitur ; ut ala alati ala, et alatum ala alatum. Aliquotiens 7a5
autem forte et nomina fingere necesse erit, si non fuerit positum nomen ad quod convenienter assignetur ; ut remus navis si assignetur, non erit conveniens assignatio (neque enim in eo quod est navis, in eo eius remus dicitur ; sunt enim naves quarum remi non sunt) ; quare non convertitur ; navis enim non dicitur 7a10
remi. Sed forte convenientior assignatio erit si sic quodam modo assignetur, remus remitae remus, vel aliquo modo aliter dictum sit (nomen enim non est positum) ; convertitur autem si convenienter assignetur (remitum enim remo remitum est). Similiter autem 7a15
et in aliis, ut caput convenientius assignabitur capitati quam si animalis assignetur ; neque enim in eo quod animal est caput habet (multa enim sunt animalium capita non habentia). Sic

---

Desunt in **b** 8-9 et² — sensibile²

---

n 21 remi (*BIP*)] πηδάλιον 22 remi (*ΓΔΙ*)] + πλοῖον (= *Fy*(**b**)**c**)

---

*EiFyTg***bc** 4 dominus² *om. Ei*(**b**) duplex *Ei* 4-5 dimidii ... dimidium ... dimidium] medii ... medium ... medium *Fy* : dimedio ... dimeum ... dimedium *(sic) Ei* : *an duplices lectiones ?* 8 scientia²] -ae *Ei* : [**c**] 9 sensu] sensus sensus *(sic) Ei* : [**bc**] 10 converti *Tg*(**b**)**c** 11 sed *scripsi* : si *EiFy* **b** : si enim *Tg***c** convertit *Ei*(**b**) 12 prius convenienter *transp.* **bc** 13 avis² + est *FyTg*(**b**)**c**

*EiFySvTg***bc** 13 ala² *ante* eius **c** : alia *Ei*(**b**) 19 enim *om. EiFy* 21 convertit *Ei*(**b**) 22 remi + navis *Fy*(**b**)**c** 23 remiti *FyTg* : remitae rei (*an recte ?*) *Sv*(**b**) remus² *om.* (**b**)**c** aliquo] aquo *Ei* : quoquo *Fyc* aliter *om. Eib* 26 et] etiam *FySvTg*(**b**) 27 enim *om. Ei*(**b**) 28 animalia *EiFybc*

autem facilius fortasse sumetur quibus nomen non est positum,
7a20 si ab his quae prima sunt et [ab] his ad quae convertuntur nomina
ponuntur, ut in his quae praedicta sunt ab ala alatum, a remo
remitum. Omnia ergo quae ad aliquid dicuntur, si convenienter
assignentur, ad convertentia dicuntur ; nam, si ad quodlibet aliud
7a25 assignentur et non ad illud dicantur, non convertuntur. Dico au-
tem quoniam neque in his quae confesse conversim dicuntur et in
quibus nomen est positum, nihil convertitur, si ad aliquid eorum
quae sunt accidentia assignetur et non ad illud dicatur ; ut servus
7a30 si non domini assignetur, sed hominis vel bipedis vel alicuius ta-
lium, non convertitur (non enim erit conveniens assignatio). Am-
plius, si convenienter assignetur ad id quod dicitur, omnibus aliis
circumscriptis quaecumque accidentia sunt, relicto vero solo illo
7a35 ad quod assignatum est, semper ad ipsum dicetur ; ut si servus ad
dominum dicitur, circumscriptis omnibus quae sunt accidentia
domino, ut esse bipedem vel scientiae susceptibilem vel hominem,
relicto vero solo dominum esse, semper servus ad illud dicetur ;
7b1 servus enim domini servus dicitur. Si autem non convenienter
reddatur ad id quod dicitur circumscriptis omnibus aliis, relicto
vero solo ad quod redditum est, non dicetur ad illud ; assignetur
7b5 enim servus hominis et ala avis, et circumscribatur ab homine
esse dominum ; non enim iam servus ad hominem dicitur (cum
enim dominus non sit, servus non est) ; similiter autem et de avi,
circumscribatur alatam esse ; non enim iam erit ala ad aliquid
7b10 (cum enim non sit alatum, nec ala erit alicuius). Quare oportet
assignare ad id quod convenienter dicitur ; et si sit nomen posi-
tum, facilis erit assignatio ; si autem non sit, fortasse erit necessa-
rium nomen fingere. Quod si ita reddantur, manifestum est
quoniam omnia relativa conversim dicuntur.

---

n 2 quae² (*B*)] αὐτὰ 6 illud] + ὃ 9 illud] αὐτὸ ὃ *BΓ*: αὐτὰ ἃ 10 non (*BΓ*)] + ἢ assignetur (*BΓ*)] + δοῦλος alicuius (ὁτουοῦν *BΓ*)] ὁτιοῦν 14 assignatum est (*Γ*)] + οἰκείως

---

*EiFySvTg***bc** 1 sumitur *Ei***bc** 2 ab² *codd.* : *an omittendum* ? ad *om. FySvTg* 2-3 nomina ponuntur (-antur **bc**)] denominantur *FySvTg* (**b**) 5 aliud] illud *Ei*(**b**)**c** 6 adsignetur ... dicatur **bc** illud] aliud **c** 7 eis **b** : [*Ei***c**] confesse *om. FySvTg* : [*Ei***c**] 8 converteretur *FySvTg* 9 assignentur *Ei* aliud *Ei* 11 erit] est **b** 13 illo solo *transp. FyTg* 14 dicitur *Ei*(**b**) 15 dicatur (**bc**) 17 domino *FySvTg***b** dicitur *Ei***b** 20 dicitur **b** 21 ad hominem *Fy***c** : ad servum *Tg*(**b**) 22 iam *om.* (**b**)**c** 24 alatam + eam *Ei***bc** aliquid] aliud (**b**)**c** 26 assignari **bc** 28 quod si ita] si autem sic *FySvTg***bc** 29 dicentur **c**

Videtur autem ad aliquid simul esse natura. Et in aliis quidem 7b15
pluribus verum est ; simul enim est duplum et dimidium, et cum
sit dimidium duplum est, et cum sit servus dominus est ; similiter
autem his et alia. Simul autem haec auferunt sese invicem ; si 7b20
enim non sit duplum non est dimidium, et si non sit dimidium
duplum non est ; similiter et in aliis quaecumque talia sunt.
Non autem in omnibus relativis verum videtur esse simul natura-
liter ; scibile enim scientia prius esse videbitur ; namque in
pluribus subsistentibus iam rebus scientias accipimus ; in paucis 7b25
enim vel in nullis hoc quisque perspiciet, simul cum scibili scien-
tiam factam. Amplius scibile sublatum simul aufert scientiam,
scientia vero non simul aufert scibile ; nam, si scibile non sit, non
est scientia, si scientia vero non sit, nihil prohibet esse scibile ; 7b30
ut circuli quadratura si est scibile, scientia quidem eius nondum
est, illud vero scibile est. Amplius animali quidem sublato non
est scientia, scibilium vero plurima esse contingit. Similiter 7b35
autem his sese habent et quae in sensu sunt ; sensibile enim prius
sensu esse videtur ; sublatum enim sensibile simul aufert sensum,
sensus vero sensibile non simul aufert. Sensus enim circa corpus
et in corpore sunt ; sensibili ergo sublato aufertur corpus (sensi- 8a1
bilium enim et corpus est), cum autem corpus non sit sublatus
est sensus ; quare simul aufert sensibile sensum. Sensus vero
sensibile non ; sublato enim animali sublatus est sensus, sensibile 8a5
autem permanet, ut corpus, calidum, dulce, amarum, et alia
omnia quaecumque sunt sensibilia. Amplius sensus quidem simul
cum sensato fit (simul enim animal fit et sensus), sensibile vero
ante est quam esset sensus (ignis enim et aqua et alia huiusmodi,
ex quibus ipsum animal constat, ante sunt quam animal sit 8a10
omnino vel sensus) ; quare prius quam sensus sensibile esse
videbitur.

---

n 2 dimidium (*B*)] + ἐστι 13 scientia[1]] + οὐδενὸς γὰρ ἔτι ἔσται ἐπιστήμη 20 ergo (δὴ ?)] δὲ aufertur (*AC*)] ἀνῄρηται 23 sublatus est (*B*)] ἀναιρεῖται

---

*EiFySvTg**bc*** 2 duplex *EiSv* 2-5 medium *quater FySvTg* : *an duplex lectio?* 3 duplum dimidium *transp.* ***c*** 4 alia] similia *FySvTg* 6 similiter + autem ***c*** 7 simul esse *transp. Tg* : esse simul esse *EiSv**c*** natura *SvTg**bc*** 8 videtur *Fy**bc*** 9 iam *om. FySv**b*** 10 in *om. Tg**bc*** reperiet (***b***)***c**** 12 simul *om. Tg**bc*** 13 si *post* vero ***c*** : [*Sv*] vero *om. EiFy* : [*Sv*] 14 scibile + et *EiFySv* 17 sese] se *Tg* : esse *Ei* 18 sublato ... sensibili ... aufertur sensus ***b*** : [***c***] 19 aufert] interimit ***b*** : [***c***] 20 sensibilium] -e *Tg**b*** : [***c***] 23 non] minime ***b*** 25 sensibilia] his sunt similia ***b*** : ***c*** 29 sensus[2] + esset *Ei* 30 videtur *Ei**bc***

Habet autem dubitationem an ulla substantia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur, an hoc quidem contingit secun-
8a15 dum quasdam secundarum substantiarum. Nam in primis quidem substantiis verum est ; nam neque totae neque partes ad aliquid dicuntur ; nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo, neque aliquis bos alicuius aliquis bos. Similiter autem et partes ; quaedam enim manus non dicitur alicuius quaedam manus, sed
8a20 alicuius manus, et quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem et in secundis substantiis, atque hoc quidem in pluribus ; ut homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, sed alicuius possessio dicitur. Atque in huiusmodi quidem manifestum
8a25 est quoniam non est ad aliquid ; in aliquibus vero secundis substantiis habet aliquam dubitationem ; ut caput alicuius caput dicitur et manus alicuius manus dicitur et singula huiusmodi ; quare haec esse fortasse ad aliquid videbuntur. Si igitur sufficienter eorum quae sunt ad aliquid definitio assignata est, aut nimis
8a30 difficile aut impossibile est solvere quoniam nulla substantia eorum quae sunt ad aliquid dicitur ; si autem non sufficienter, sed sunt ad aliquid quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodam modo habere, fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior vero definitio sequitur quidem omnia relativa, non tamen hoc eis est
8a35 quod sint ad aliquid quod ea ipsa quae sunt aliorum dicuntur. Ex his ergo manifestum est quod, si quis aliquid eorum quae sunt ad aliquid definite sciet, et illud ad quod dicitur definite sciturus est. Manifestum quidem etiam ex ipso est ; nam si quis novit quoniam hoc eorum quae sunt ad aliquid est, relativis autem hoc
8b1 est esse, ad aliquid quodammodo habere, et illud novit ad quod hoc aliquo modo habet ; nam si omnino nescit ad quod aliquo

---

Desunt in **b** 28-29 et — habet

---

n 2 quidem (*η*)] *om.* 24 ergo (δὴ *B*)] δὲ

---

*EiFySvTg***bc** 2 an] aut *Ei* 3 in *om. Ei* 14 habent *Ei* 16 fortasse esse *transp. FySvTg* videbunt *Ei* : videantur (***b***)***c*** 21 modo + se *FySvTg***bc** 22 est + esse *FySv*(***b***)***c*** 23 quod[1]] quo *Ei* sint] sunt ***c*** 26 est[1] + (*lin.* 27-28 *secundum* ***b***; *vide Praef. p.* XLIX) quoniam eorum est quae sunt ad aliquid, esse enim relativis est ad aliquid quodam modo se habere (esse — habere *om.* ***c*** ; esse *om. Ei* ; enim *om. Fy* ; se *om. EiFy*) *EiFySvTg***c** manifestum — novit *om.* ***b*** : [***c***] 27 hoc[1] *om.* ***b*** : [***c***] est *ante* quae ***b*** : [***c***] 27-28 relativis — habere *om. FySvTg* : [***c***] relativis — esse] esse enim relativis est ***b*** : [***c***] 28 quodam modo + se (***b***) : [***c***]

modo habet, nec si ad aliquid quodammodo habet sciturus est. Et in particularibus hoc manifestum est ; ut, si hoc ad aliquid scit definite quoniam duplum est, et cuius duplum est definite 8b5 novit (nam si nullius definite novit illud esse duplum, nec si omnino duplum est novit) ; similiter autem et hoc [ad] aliquid si novit quoniam melius est, et quo melius erit definite eum scire necesse est propter haec ipsa quae dicta sunt (non autem infinite 8b10 quoniam hoc est peiore melius ; opinio enim iam fit huiusmodi, non scientia ; neque enim sciet integre quoniam est peiore melius ; nam fortasse contingit nihil eo esse peius) ; quare manifestum est quoniam necesse est quod quis noverit eorum quae sunt ad aliquid definite, etiam illud ad quod dicitur sciturum esse definite. 8b15 Caput vero et manum et eorum singula quae substantiae sunt, hoc ipsum quidem quod sunt potest sciri definite, ad quod autem dicantur non necesse est ; cuius enim hoc caput vel cuius haec manus non est dicere definite ; quare haec non erunt eorum quae sunt ad aliquid ; quod si non sunt eorum quae sunt ad 8b20 aliquid, verum erit nullam esse substantiam relativam. Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare nisi saepius pertractata sint ; dubitare autem de singulis non erit inutile.

[8] De quali et qualitate. — Qualitatem vero dico se- 8b25 cundum quam quales quidam dicimur. Est autem qualitas eorum quae multipliciter dicuntur. Et una quidem species qualitatis habitus affectioque dicantur. Differt autem habitus affectione quod permanentior et diuturnior est ; tales vero sunt

---

Desunt in **b** 2-12 et — definite² 16-18 quare — relativam

---

n 3 est²] + εὐθὺς (= *Tg***c***) 4 definite] τῶν ἀφωρισμένων 5 ad] *om.* 7 ipsa quae dicta sunt] *om.* 8 iam] *post* enim (9) 10 fortasse] εἰ ... οὕτως 18 erit] + λέγειν 23 dicimur (οπ)] λέγονται

---

*EiFySvTg***bc** 2 et + hec his que *Ei* : [**bc**] particularibus] simullatim (*sic* ?) in particularibus *Ei* : particularibus singillatim *Fy* : singulatim particularibus *SvTg* : [**bc**] : *an duplex lectio* ? hoc + ad *FySvTg* : [**bc**] 3 est² + mox *Tg***c*** : [**b**] 8 hoc *om. FySvTg***c*** : [**b**] 11 quod + si *FySv* : [**bc**] 13 horum *FySvc* 14 quidem *om.* **bc** 15 est + scire **bc** : [*Ei*] 16 dici **c** : [*Ei*] 17 quod] quae *FyTg* : [*Sv***bc**] sunt²] sint *Tg* : [*Sv***bc**] 18 relativum *Ei* : [**bc**] 20 saepe **bc** 23 quidem *FySvTg***bc** 25 affectioque] affectio dispositioque *Ei* : dispositioque *FySvTg***bc** : *an duplex lectio* ? dicuntur *SvTg***c** : dicitur *Fy***b** affectione] dispositione *FySvTg***bc** : *an duplex lectio* ? 26 est] sit *FySvTg* vero] ergo *FySvTg*

8b30 scientiae vel virtutes ; scientia enim videtur esse permanentium et eorum quae difficile moveantur, si quis vel mediocriter scientiam sumat, nisi forte grandis permutatio facta sit vel ab aegritudine vel ab aliquo huiusmodi ; similiter autem et virtus, et iustitia vel castitas et singula talium non videntur facile posse moveri neque 8b35 facile permutari. Affectiones vero dicuntur quae sunt facile mobiles et cito permutabiles, ut calor et infrictio et aegritudo et sanitas et alia huiusmodi ; affectus est enim quodammodo circa eas homo, cito autem permutatur ut ex calido frigidus fiat 9a1 et ex sanitate in aegritudinem ; similiter autem et in aliis, nisi forte in his quoque contingit per temporis longitudinem in naturam cuiusque translata et insanabilis vel difficile mobilis, quam iam quilibet habitudinem vocet. Manifestum est autem quoniam 9a5 haec volunt habitus nominari, quae sunt diuturniora et difficile mobilia ; namque in disciplinis non multum retinentes sed facile mobiles dicunt habitum non habere, quamvis sint ad disciplinam peius meliusve dispositi. Quare differt habitus affectione, quod 9a10 hoc quidem facile mobile est, illud vero diuturnius et difficile mobile. Sunt autem habitus etiam affectiones, affectiones vero non necessario habitus ; qui enim retinent habitum et quodammodo affecti sunt ad ea vel peius vel melius ; qui autem affecti sunt, non omnino retinent habitum.

Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugillatores vel 9a15 cursores vel salubres vel insalubres dicimus, et simpliciter quaecumque secundum potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur. Non enim quoniam sunt affecti aliquo modo, unumquodque huiusmodi dicitur, sed quod habeant potentiam naturalem vel

---

n 4 aliquo] ἄλλου τινὸς et²] οἷον 8 et²] + ὅσα 11 longitudinem] + ἥδη 21 vel peius vel melius] *om.*

---

*EiFySvTg***bc** 2 moveantur + ut *Tg***bc** 4 ab *om. FySv* virtutes *Ei* et² *codd. : an scribendum* ut ? vel²] et (***b***) 5 facile *om.* ***c*** 6 affectiones] dispositiones *FySvTg* : *an duplex lectio* ? faciles *Ei***c** (*sed* ***c*** *om. sequens* mobiles) 7 frictio *Fy :* ***c*** 8 dispositus *FySvTg* : *an duplex lectio* ? enim est *transp. FySvTg*(***b***) 9 ut ... fiat (-at *scripsi* : -et *Ei*)] et ... fit (sit *Sv*) *FySvTg***bc** 11 quoque] quae ***c*** contingat (***b***) 12 translata] transferri *Tg***bc** et] ut (***b***)***c*** mobilis+existat affectus *Tg***bc** quem *Tg*(***b***)***c*** 16 dicuntur *FySvTg***b** ad disciplinam sint *transp. FySvTg* 17 affectione] dispositione *FySvTg***bc** : *an duplex lectio* ? 19 etiam] et *Ei* dispositiones *bis FySvTg***bc** : *an duplex lectio* ? 20 necesse est habitus esse ***bc*** 21 affecti *bis*] dispositi *FySvTg***bc** : *an duplex lectio* ? ea + quae habent *FySvTg***bc** 23 est qualitatis *transp.* (***b***) 24 salubres... insalubres] sanativos ... aegrotativos *FySv*(***b***) : *an duplices lectiones* ? 26 affecti] dispositi *FySvTg***bc** : *an duplex lectio* ? 27-**25**.4 vel — naturalem *om. Ei*

facere quid facile vel nihil pati ; ut pugillatores vel cursores dicuntur non quod sint affecti, sed quod habeant potentiam hoc 9a20
facile faciendi, salubres autem dicuntur eo quod habeant potentiam naturalem ut nihil a quibuslibet accidentibus patiantur,
5 insalubres vero quod habeant impotentiam nihil patiendi. Similiter autem et durum et molle sese habent ; durum enim 9a25
dicitur quod habeat potentiam non citius secari, molle vero quod eiusdem ipsius habeat impotentiam.

Tertium vero genus qualitatis est passibiles qualitates et
10 passiones. Sunt autem huiusmodi ut dulcedo vel amaritudo et omnia his cognata, amplius calor et frigus et albedo et nigredo. 9a30
Et quoniam hae qualitates sunt, manifestum est ; quaecumque enim ista susceperint qualia dicuntur secundum ea ; ut mel, quoniam dulcedinem suscepit, dicitur dulce, et corpus album
15 quod albedinem susceperit ; similiter autem sese habet etiam in 9a35
ceteris. Passibiles vero qualitates dicuntur non quo ea quae illas susceperint qualitates aliquid patiantur ; neque enim mel, quo- 9b1
niam aliquid passum sit, idcirco dicitur dulce, nec aliud aliquid huiusmodi ; similiter autem his et calor et frigus passibiles dicun-
20 tur non quo ea quae eas suscipiunt qualitates aliquid patiantur, sed 9b5
quoniam singulum eorum quae dicta sunt secundum sensus qualitatum passionis perfectiva sunt, passibiles qualitates dicuntur ; dulcedo enim passionem quandam secundum gustum efficit, et calor secundum tactum ; similiter autem et alia. Albedo autem
25 et nigredo et alii colores non similiter his quae dicta sunt passi- 9b10
biles qualitates dicuntur, sed hoc quod hae ipsae ab aliquibus passionibus innascuntur. Quoniam ergo fiunt propter aliquam

---

Desunt in **b** 24 similiter — alia

---

n 2 hoc] τι 4 accidentibus] + ῥᾳδίως 5 patiendi (*Γ*)] + ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων : + ῥᾳδίως *B* 10 amaritudo (*Δ*)] + καὶ στρυφνότης 15 autem (*BΓIP*)] *om.*

---

*EiFySvTg***bc** 2 affecti *scripsi* : dispositi *FySvTg***bc** : [*Ei*] : *an duplex lectio* ? 3 salubres *scripsi* : sanativi *FySvTg***bc** : [*Ei*] : *an duplex lectio* ? 5 insalubres] aegrotativi *FySvOl***bc** : [*Tg*] : *an duplex lectio* ? vero (autem *Sv*) + dicuntur *SvOl* : [*Tg*] 6 se (***b***)***c*** 12 haec *EiBs*(***b***) 12-13 quae enim cumque *Ei*(***b***)***c*** 14 dulcittudinem (*sic ex correct.*) *Ei* suscipit *FySv***b** 15 autem *om.* ***bc*** habent *FyTg* : -eant *Sv* 16 quo] quod *SvTg***bc** 18 aliud aliquid *transp.* (***b***)***c*** 19 passibiles + qualitates *Tg***bc** 20 quo] quod *Sv*(***b***)***c**** 22 passionum (***b***) perceptiva *FySv*(***b***) : [*Tg*] 23 efficiet *Ei* 24 aliae ***c*** : [***b***] 26 ipsae + qualitates (***b***)***c*** 27 propter] per ***c***

passionem multae colorum mutationes, manifestum est ; erubescens enim aliquis rubicundus factus est et timens pallidus et
9b15 unumquodque talium ; quare vel si quis naturaliter aliquid talium passionum passus est, similem colorem eum habere oportet ; quae enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta est, et secundum naturalem constitutionem eadem affectio fit, quare
9b20 naturaliter color similis fit. Quaecumque igitur talium casuum ab aliquibus passionibus difficile mobilibus et permanentibus principium ceperunt, qualitates dicuntur ; sive enim [vel] secundum naturalem substantiam pallor aut nigredo facta est, qualitas dicitur (quales enim secundum eas dicimur), sive propter
9b25 aegritudinem longam vel propter aestum contingit vel nigredo vel pallor, et non facile praeterit et in vita permanet, qualitates et ipsae dicuntur (similiter enim quales secundum eas dicimur). Quaecumque vero ex his quae facile solvuntur et cito transeunt
9b30 fiunt, passiones dicuntur ; non enim dicimur secundum eas quales ; neque enim qui propter verecundiam rubicundus factus est rubicundus dicitur, nec cui pallor propter timorem venit pallidus, sed magis quod aliquid passus sit ; quare passiones huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime. Similiter autem his et secundum animam passibiles qualitates et passiones
9b35 dicuntur. Quaecumque enim mox in nascendo ab aliquibus passio-
10a1 nibus fiunt, qualitates dicuntur, ut dementia vel ira vel alia huiusmodi ; quales enim secundum eas dicimur, id est iracundi et dementes. Similiter autem et quaecumque alienationes non naturaliter sed ab aliquibus aliis casibus factae sunt difficile
10a5 praetereuntes et omnino immobiles, etiam huiusmodi qualitates sunt ; quales enim secundum eas dicimur. Quaecumque enim ex his quae citius praetereunt fiunt, passiones dicuntur, ut si quis contristatus iracundior est ; non enim dicitur iracundus qui in

---

n 4 passionum (*BΓ*)] *συμπτωμάτων ἢ παθῶν* 12 aestum] + *τὸ αὐτὸ* 28 enim²] *δὲ*

---

*EiFySvTg**bc*** 2 rubeus *FySvTg**bc*** 4 oportet habere *transp.* ***c*** 5 affectio] dispositio *FySvTg* : *an duplex lectio* ? 6 constitutionem] affectionem (***b***)***c*** affectio] dispositio *FySvTg* : *an duplex lectio* ? 7 fit] sit *Eic* 10 aut] ac (***b***) 11 qualitates dicuntur ***c*** 12 vel² *om.* *Fy*(***b***)
*EiFyTg**bc*** 17-18 rubeus *bis* *FyTg**bc*** 19 pallidus + est ***c*** 21 his *om.* (***b***) : + quae secundum corpora esse dicimus *FyTg*(***b***) 23 vel²] et ***c*** 26 ab *om.* (***b***) aliis *om.* (***b***)***c*** 28 enim¹] + et ***bc*** enim²] *an scribendum* autem ? 30 est] sit ***c*** : fit *Fy* : fiat *Tg*(***b***)

huiusmodi passione iracundior est, sed magis aliquid passus ; quare passiones quidem huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime. 10a10

Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans figura ; ad haec quoque rectitudo vel curvitas, et si quid his simile est ; secundum enim unumquodque eorum quale quid dicitur ; quod enim est triangulum vel quadratum quale quid dicitur, et quod est rectum vel curvum. Et secundum figuram vero unumquodque quale dicitur. Rarum vero et spissum vel asperum vel lene putabitur quidem qualitatem significare, videntur autem aliena esse huiusmodi a qualitatis divisione ; quandam enim quodammodo positionem videtur partium utrumque monstrare ; spissum quidem eo quod partes sibi ipsae propinquae sint, rarum vero quod distent a se invicem ; et lene quidem quod in rectum sibi partes iaceant, asperum vero cum haec quidem pars superet, illa vero sit inferior. Et fortasse alii quoque appareant qualitatis modi, sed qui maxime dicuntur hi sunt. 10a15 10a20 10a25

Qualitates ergo sunt haec quae dicta sunt, qualia vero quae secundum haec denominative dicuntur, vel quomodolibet ab his. In pluribus quidem et paene in omnibus denominative dicuntur, ut ab albedine albus et a grammatica grammaticus et a iustitia iustus, similiter autem et in ceteris. In aliquibus vero propterea quod qualitatibus nomina non sunt posita impossibile est ab his denominative dici, ut cursor vel pugillator, si secundum potentiam naturalem dicitur, a nulla qualitate denominative dicitur ; neque enim positum est nomen illis potestatibus secundum quas isti quales dicuntur, quemadmodum etiam in 10a30 10a35 10b1

Desunt in **b** 25-28 ut — dieuntur

---

n 6 quid (*BΓ*)] + ἄλλο 8 quid (*B*)] *om.* 12 quodammodo] μᾶλλον 19 haee — sunt] αἱ εἰρημέναι 20 haec] ταύτας quomodolibet] + ἄλλως (= *Tg*) 24 impossibile est (*BΓ*)] + τὰ λεγόμενα 25 si] ὁ 27 illis(*P*)] *om.*

---

*EiFyTg***bc** 4-5 aliquam ... figuram (***b***) 5 figura + amplius (***b***)***c**** 7 quod — triangulum] triangulum enim (***b***)***c**** quadrangulum (***b***) quale] esse quale (***b***)***c**** 8 et — vel] et reetum aut (***b***)***c**** 9 quale + quid (***b***)***c**** 10 putabuntur ***bc*** 12 positionem quodammodo *transp.* ***c*** videntur (***b***)***c*** 13 quidem + est ***c*** 15 eum] quod ***bc*** 19 hae *EiTg* : [***c***] 20 quomodolibet + aliter (*recte* ?) *Tg* : [***c***] 22 ab albedine albus (album *EiFy*)] a eandore eandidus (***b***)***c**** 23 iustum *Ei* ceteris] aliis ***bc*** 25 his + aliquid *FyTg***b** : [***c***] si] *an scribendum* qui ? : [***bc***]

disciplinis secundum quas vel pugillatores vel palaestrici secundum affectionem dicuntur (pugillatoria enim disciplina dicitur
10b5 et palaestrica, quales vero ab his denominative qui ad eas sunt affecti dicuntur). Aliquando autem et posito nomine denominative non dicitur id quod secundum ipsam quale quid dicitur, ut a virtute probus dicitur ; hoc enim quod habet virtutem probus dicitur, sed non denominative a virtute ; non est autem hoc in
10b10 multis. Qualia ergo dicuntur quaecumque ex his quae dictae sunt qualitatibus denominative dicuntur vel quolibet alio ab ipsis modo.

Inest autem et contrarietas secundum qualitatem, ut iustitia iniustitiae contrarium est et albedo nigredini et alia similiter ;
10b15 et secundum eas qualia quae dicuntur, ut iustum iniusto et album nigro. Non autem hoc in omnibus est ; rubeo enim et pallido et huiusmodi coloribus nihil est contrarium cum qualitates sint. Amplius, si ex contrariis unum fuerit quale, et reliquum erit quale. Hoc autem manifestum est omnia alia praedicamenta
10b20 proferenti, ut si est iustitia iniustitiae contrarium, qualitas est autem iustitia, nihilo minus qualitas erit iniustitia ; nullum enim aliud praedicamentum convenit iniustitiae, nec quantitas nec relatio nec ubi nec omnino aliquid huiusmodi, nisi sola qualitas ; similiter autem et in aliis secundum qualitatem contrariis.

10b25 Suscipit autem qualitas magis et minus ; album et enim magis et minus alterum altero dicitur, et iustum alterum altero magis. Et idem ipsum sumit intentionem (album enim cum sit, contingit
10b30 illud fieri albius) ; hoc autem in omnibus non est, sed in pluribus ; dubitabit enim quis an iustitia magis esse iustitia dicatur ;

Desunt in **b** 5-10 ut — modo 11-12 ut — similiter 13-16 ut — sint 17-22 hoc — contrariis 25-26 et — albius

---

n 6 dicitur (*Δ*)] *om.* 9 alio (*BΓ*)] *om.* 14 omnibus (*BΓ*)] + συμβαίνει 19 nihilo minus (ἆρα *B*)] *om.* 20 convenit (*Δu*)] ἐφαρμόσει 25 cum sit (*ΓIP*)] + ἔτι 27 magis (*BΓ*)] + καὶ ἧττον

---

*EiFyTg***bc** 1 vel[1] *om.* [***c***] 2 affectionem] positionem (*pro* dispositionem ?) *FyTg* : *an duplex lectio* ? 4 affecti] continentes ***b*** : dispositi *FyTg* : [***c***] : *an duplex vel triplex lectio* ? 5 ipsum *FyTg* : [***c***] 6 hoc] eo *FyTg* : [***bc***] 8 dicta *Fy* : [***bc***] 11 iustitiae (*sic*) *Ei***c*** : [***b***] 18 si est *om. Fy Tg* : [***b***] 19 qualitas *om. FyTg* : [***bc***] 21 aliquod *Ei* : aliud *Fy*: [***bc***] 22 aliis + quae *Ei***c*** : [***b***] 23 enim + et nigrum *FyTg*(***b***) 24 iusto altero alterum *Ei* magis + et minus *FyTg***c** 26 non...hoc *transp.* ***b*** : [*Ei* ***c***] 27 iustitia esse *transp. FyTg*

similiter autem et in aliis affectionibus. Quidam vero in hoc dubitant ; dicunt enim iustitiam iustitia non nimis magis vel minus dici, nec sanitatem sanitate ; minus autem habere alterum 10b35
altero sanitatem dicunt, et iustitiam minus alterum altero habere, 11a1
similiter et grammaticam et alias disciplinas. Sed secundum eas qualia quae dicuntur indubitate suscipiunt magis et minus ; magis enim grammaticus alter altero dicitur et iustior et sanior, 11a5
et in aliis similiter. Triangulum vero et quadratum non videtur magis suscipere, nec aliquid aliarum formarum ; quaecumque enim definitionem trianguli suscipiunt et circuli, omnia similiter triangula vel circuli sunt, de his autem quae non suscipiunt nihil magis alterum altero dicitur ; nihil enim quadratum magis quam 11a10
parte altera longior forma circulus est ; nullum enim ipsorum suscipit circuli rationem. Simpliciter autem, si utraque non suscipiunt propositi rationem, non dicitur alterum altero magis. Non igitur omnia qualia suscipiunt magis et minus.

Ex his ergo quae dicta sunt nihil est proprium qualitatis, 11a15
simile autem et dissimile secundum solas dicuntur qualitates ; simile enim alterum alteri non est secundum aliud nisi secundum hoc quod quale est. Quare proprium erit qualitatis secundum eam simile et dissimile dici.

At vero non decet conturbari ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes multa de relativis interposuisse ; habitudines 11a20
enim et affectiones eorum quae sunt ad aliquid esse diximus. Paene enim ea quae sunt in omnibus his generibus ad aliquid dicuntur, eorum vero quae sunt singulatim nihil ; scientia enim, 11a25
quae genus est, hoc ipsum quod est alterius dicitur (alicuius enim scientia dicitur), singulorum vero nihil hoc ipsum quod est

---

Desunt in **b** 5-8 similiter — similiter 9 nec — formarum 15-17 non[2] — qualitatis 23-24 habitudines — diximus 26-**30**.1 scientia — dicitur[1]

---

n 1 vero (*Γ*)] γὰρ 5 disciplinas] διαθέσεις 6 qualia (*Δσ*)] *om.* 13 est (*BΓ*)] ἔσται 18 et (*B*)] ἢ 21 et (*BP*)] ἢ 24 diximus (*BI*)] *om.* 25 generibus] γένη

---

*EiFyTg***bc** 1 affectionibus] dispositionibus *FyTg* : [*c*] : *an duplex lectio?* 3 alterum + ab *Tg* 6 indubitanter *BsOmc** : [*b*] 9 suscipere] et minus (*vel* minusque) suscipere ***b*** : suscipere et minus *FyTg* : [*c*] 11 trianguli ***bc*** 13 nullam ***bc*** ipsorum *om.* ***bc*** 16 et minus *om. Ei* 18 dicitur ***b*** 19 enim] autem *Olc* 20 hoc *om. Ei* : id ***c*** 24 affectiones] dispositiones *FyTg* : dispositio *(sic)* ***c*** : [***b***] : *an duplex lectio?* 25 ea *om. Ei* : [*c*] 26 nihil + huiusmodi est *FyTg***b** : [*c*]

alterius dicitur, ut grammatica non dicitur alicuius grammatica nec musica alicuius musica, sed si forte secundum genus proprium
11a30 et istae dicuntur alicuius ; ut grammatica alicuius dicitur scientia, non alicuius grammatica, et musica alicuius scientia, non alicuius musica ; quare singula non sunt relativa. Dicimur autem quales secundum singula ; haec enim et habemus (scientes enim dicimur
11a35 quod habemus singulas scientias) ; quare haec erunt etiam qualitates, quae singulatim sunt, secundum quas et quales dicimur ; haec autem non sunt eorum quae sunt ad aliquid. Amplius si contingat idem et quale esse et relativum, nihil est inconveniens in utrisque hoc generibus annumerare.

11b1 [9] De facere et pati. — Suscipit autem et facere et pati contrarietatem et magis et minus ; calefacere enim et frigidum facere contraria sunt, et calefieri et frigidum fieri, et delectari et contristari ; quare suscipit contrarietatem facere et pati. Et
11b5 magis autem et minus ; est enim calefacere et magis et minus, et calefieri magis et minus, et contristari. Suscipiunt ergo et magis et minus facere et pati.

Ac de his quidem haec dicta sunt ; dictum est autem et de situ
11b10 in relativis, quoniam denominative a positionibus dicitur. De reliquis vero, id est quando et ubi et habere, propterea quod manifesta sunt, nihil de his ultra dicitur quam quod in principio dictum est, quod habere significat calciatum esse vel armatum, ubi vero in Lycio, vel alia quaecumque de his dicta sunt.
11b15 [10] Igitur de his generibus quae proposuimus sufficienter dictum est.

De oppositis. — Quotiens solent opponi, dicendum est. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, aut ut ad

---

Desunt in ***b*** 4-5 et — relativa 13-19 et[1] — sunt 23-26 quod — est

---

n 15 facere et pati] *om.* 16 et[2] (*ΓΔ*)] *om.* 17 et contristari (*ΓΔ*)] *om.* 24 vero] + *οἷον*

---

*EiFyTg****bc*** 1 alicuius (alterius ***c***) grammatica[2] non dicitur *transp. Ei* 2 si *om. FyTg****bc*** 5 autem] enim (***b***)***c*** 9 sunt[1]] erunt ***c*** 16 autem *om. FyTg****c*** : [***b***] et[2] *om. Bs****c*** : [*Fy****b***] 17 contristari + magis et minus *FyTg****c*** : [***b***] et[4] *om. FyTg****c*** : [***b***] 19 autem est *transp. Ei* 21 quod] quia (***b***) : quoniam *Fy* 24 Lycio] loco *Tg****c*** : [***b***] : 28 quadrupliciter *om. Fy*(***b***)

aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus et privatio, aut ut affirmatio et negatio. Opponitur autem unumquodque istorum, 11b20
ut sit figuratim dicere, ut relativa ut duplum medio, ut contraria ut bonum malo, ut secundum privationem et habitum ut caecitas et visus, ut affirmatio et negatio ut sedet — non sedet.

Quaecumque igitur ut relativa opponuntur, ea ipsa quae sunt 11b25
oppositorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea ; ut duplum medii, hoc ipsum quod est, dicitur duplum ; et scientia scibilis rei scientia ut ad aliquid opponitur, et dicitur scientia, hoc ipsum quod est, scibilis ; et scibile, hoc ipsum quod est, ad oppositum dicitur, scilicet scientiam (scibile enim aliqua scientia scibile 11b30
dicitur).

Quaecumque ergo opponuntur ut ad aliquid, ea ipsa quae sunt oppositorum vel alio quolibet modo ad se invicem dicuntur ; illa vero quae ut contraria, ipsa quidem quae sunt nullo modo ad invicem dicuntur, contraria vero sibi invicem dicuntur ; neque 11b35
enim bonum mali dicitur bonum, sed contrarium ; nec album nigri album, sed contrarium. Quare differunt istae oppositiones invicem. Quaecumque vero contrariorum talia sunt ut in quibus 12a1
nata sunt fieri et de quibus praedicantur, necessarium sit alterum ipsorum inesse, nihil eorum medium est (quorum autem non est necessarium alterum inesse, horum omnium est aliquid medium) ; ut aegritudo et sanitas in corpore animalis nata est fieri, et 12a5
necesse est alterum ipsorum inesse animalis corpori, aut aegritudinem aut sanitatem ; et par quidem et impar de numero praedicatur, et necesse est horum alterum numero inesse, vel par vel impar ; et non est horum aliquid medium, neque aegritudinis neque sanitatis, neque imparis neque paris. Quorum autem non 12a10
est necessarium alterum inesse, horum est aliquid medium ; ut

---

Desunt in **b** 7-14 ut — dicuntur 23-**32**.7 ut — sunt

---

n 8 est (*P*)] + *ἑτέρου* dicitur (*Γ*)] + *τινὸς γὰρ* duplum (*BΓ*)] *om.* 8-9 scibilis rei scientia] *τῷ ἐπιστητῷ* 14 oppositorum (*ΓΠ*)] *ἑτέρων* vel (*ΓΔu*)] *λέγεται ἢ* 16 dicuntur² (*BΓ*)] + *εἶναι* 22 omnium (*Π*)] *πάντως*

---

*EiFyTg***bc** 2 opponuntur ***c*** 3 dimidio ***c*** 4 malum bono ***c*** : bonum malum *Ei* 5 et visus] visui *Fy**c*** et negatio] negationi *Fy* 8 dimidii ***c*** 11 aliquid *Ei* : [***bc***] 14 oppositorum *om. EiFy* : [***bc***] 15 ad + sc (***b***) 18 invicem] ad se invicem *FyTg* (*ante* oppositiones) : a se invicem (***b***)***c**** 20 nata sunt] solent *FyTg* dc] in *Ei* sit] est *FyTg**c*** 23 est] sunt *FyTg* : [***bc***] 29 necessarium est *transp. FyTg* : [***b***]

album et nigrum in corpore natum est fieri, et non est necesse alterum eorum inesse corpori (non enim omne corpus vel album vel nigrum est) ; et probum et improbum dicitur quidem de
12a15 homine et de aliis pluribus, non est autem necesse alterum inesse his de quibus praedicatur ; non enim omnia aut proba sunt aut improba. Et est aliquid horum medium, ut albi et nigri venetum vel pallidum vel quicumque alii colores sunt, foedi vero et pulchri
12a20 quod neque pulchrum est neque foedum. In aliquibus quidem medietatibus posita sunt nomina, ut albi et nigri venetum et pallidum ; in aliquibus vero non est nomine assignare medietatem,
12a25 utriusque vero negatione definitur, ut nec bonum nec malum, nec iustum nec iniustum.

Privatio vero et habitus dicuntur quidem circa idem aliquid, ut visio et caecitas circa oculum ; universaliter autem dicere est in quo nascitur habitus fieri, circa hoc dicitur utrumque eorum.
12a30 Privari vero tunc dicimus unumquodque habitus susceptibilium, quando in quo natum est inesse vel quando natum est habere nullo modo habet ; edentulum enim dicimus non qui non habet dentes, nec caecum qui non habet visionem, sed qui, quando contigit habere, non habet (multa enim ex nativitate neque dentes habent neque visionem, sed non dicuntur edentula neque
12a35 caeca). Privari vero et habere habitum non est habitus et privatio ; habitus enim est visus, privatio vero caecitas, habere autem visum non est visus, nec caecum esse caecitas (privatio enim quaedam est caecitas, caecum vero esse privari, non priva-
12a40 tio est). Nam si idem esset caecitas et caecum esse, utraque de eodem praedicarentur ; nunc vero minime, sed caecus quidem di-
12b1 citur homo, caecitas vero nullo modo dicitur. Opponi quidem et ista videntur, privari scilicet et habere habitum, quemadmodum

---

Desunt in **b** 8-10 in — pallidum 11-12 ut — iniustum 20-22 multa — caeca

---

n 10 est] *εὔπορον* 11 utriusque (*ΓP*)] + *τῶν ἄκρων* negatione] + *τὸ ἀνὰ μέσον* 15 eorum (*BΓ*)] + *γίνεσθε* (*sic*) 21 dentes ... visionem (*P*)] *ὄψιν ... ὀδόντας* 25 quaedam (*BΓ*)] *om.* 28 vero] + *ὁ ἄνθρωπος*

---

*EiFyTg***bc** 2 eorum *om. Ei* : [**bc**] 4 pluribus *om. FyTg* : [**bc**] alterum necesse *transp. FyTg* : [**bc**] 7-8 foedi ... pulchri ... pulchrum ... foedum] improbi ... probi ... probum ... improbum *FyTg***b** : [**c**] : *an duplices lectiones ?* 10 designare *Ei* 11 ut *om. FyTg* : [**b**] 13 vero] autem (**b**) dicitur **c** 15 eorum + ordine (*ex comment. Boeth.*) **c** 17 inesse (*om. Ei*) — est *om.* (**b**)**c** 19 visum **bc*** 20 contingit **c** : debuit *FyTg*(**b**)

privatio et habitus ; idem enim modus est oppositionis ; ⟨...⟩.
Non est autem nec quod sub affirmatione vel negatione est 12b6
negatio vel affirmatio ; affirmatio enim oratio est affirmativa et
negatio oratio negativa, eorum vero quae sunt sub affirmatione
vel negatione nihil est oratio. Dicuntur autem et ista sibi opponi 12b10
ut affirmatio et negatio ; nam etiam in his modus oppositionis
idem est ; quemadmodum enim affirmatio ad negationem oppo-
nitur, ut sedet — non sedet, sic res quae sub utrisque est sibi
opponitur, sedere et non sedere. Quoniam autem privatio et 12b15
habitus non sic opponuntur ut ad aliquid, manifestum est ;
neque enim dicitur hoc ipsum quod est oppositi ; visus enim
non est caecitatis visus, nec alio ullo modo ad ipsum dicitur ;
similiter autem nec caecitas dicitur caecitas visus, sed privatio 12b20
visus caecitas dicitur ⟨...⟩. Amplius omnia quaecumque ad
aliquid dicuntur conversim dicuntur, quare etiam caecitas, si
esset eorum quae sunt ad aliquid, converteretur illud ad quod
dicitur ; sed non convertuntur ; neque enim dicitur visus caeci- 12b25
tatis.

Quoniam autem neque ut contraria opponuntur ea quae
secundum privationem et habitum dicuntur, ex his manifestum
est. Quorum enim contrariorum nihil est medium, necesse est,
in quibus nata sunt fieri aut de quibus praedicari, alterum
ipsorum inesse semper ; horum enim nihil erat medium, quorum 12b30
necesse erat alterum inesse eorum susceptibili, ut in aegritudine
et sanitate et impari atque pari. Quorum autem est aliquid
medium numquam necesse est omni inesse alterum ; nam neque
album aut nigrum necesse est omne esse eorum susceptibili,

Desunt in **b** 1 idem — oppositionis 6-9 nam — non sedere 13-17 similiter — caecitatis 23-**34**.8 horum — inesse

---

n 5 oratio (*B*)] + ἀλλὰ πρᾶγμα 9-10 privatio ... habitus (*BΓ*)] ἕξις ... στέρησις 9 et] τινα πρὸς : τῷ *B* 14 ⟨...⟩ (*Δ* ?, *P*)] τυφλότης δὲ ὄψεως οὐ λέγεται 17 caecitatis (*Δ*)] + ὄψις (= ***c****) 25 aliquid (*B*)] *om.* 27 susceptibili] τὸ δεκτικόν

---

*EiFyTg***bc** 1 ⟨...⟩] namque equa proportione sibi privatio et habitus opponuntur et ea que sub privatione habituque clauduntur (*e commentario Boethii ; haec idem codex in commentario sub lemmatis forma scripta praebet*) *Tg* : [***bc***] 12 ullo *om. Ei* 16 converteretur + ad *FyTg* : + et ***c**** : conversim diceretur (*an recte* ?) *Ei* : [***b***] 17 caecitatis visus *transp. Ei* : visus caecitatis visus ***c**** : [***b***] 22 de] in (***b***)***c*** 25 et² + in *FyTg* : [***bc***] 27 aut] neque *FyTg* : [***bc***] omni inesse *FyTg* : [***bc***] susceptibili *codd.* : *an scribendum* -ile ? : [***b***]

12b35 nec frigidum nec calidum (nihil enim prohibet aliquam ipsorum inesse medietatem) ; erat etiam istorum medietas, quorum non necesse esset alterum inesse eorum susceptibili, nisi forte aliquibus naturaliter contigerit unum ipsorum inesse, ut igni calidum esse et nivi album (in his autem necesse est definite unum ipsorum 12b40 inesse, et non hoc aut illud ; neque enim potest ignis esse frigidus 13a1 nec nix esse nigra) ; quare non necesse est omnibus eorum susceptibilibus alterum horum inesse, sed solis his quibus naturaliter unum inest, et his definite unum, non autem hoc aut illud. In privatione vero et habitu neutrum verum est eorum quae dicta sunt, neque enim semper eorum susceptibili necesse est 13a5 alterum ipsorum inesse ; quod enim nondum natum est habere 13a10 visum neque caecum neque visum habere dicitur, ⟨...⟩ habens visum dicitur ; et horum non definite alterum, sed aut hoc aut illud (neque enim necesse est aut caecum aut habentem visum esse, sed aut hoc aut illud) ; in contrariis vero, quorum est medietas, numquam necesse est omni alterum inesse, sed aliquibus, 13a15 et his definite unum. Quare manifestum est quoniam secundum neutrum modum quemadmodum contraria opponuntur [ita sibi sunt] ea quae sunt secundum privationem et habitum opposita.

Amplius in contrariis, cum sit eorum susceptibile, potest fieri 13a20 in alterna mutatio, nisi cui naturaliter unum insit, ut igni calido esse ; quod enim sanum est potest aegrescere, et album nigrum fieri, et frigidum calidum, et ex probo improbum et ex improbo probum fieri potest (improbus enim in meliorem consuetudinem 13a25 sermonemque perductus vel parum sese dabit in melius ; sin vero vel semel parvam intentionem sumat, manifestum est quoniam aut perfectissime permutetur aut magnam sumat intentio-

---

Desunt in **b** 12-13 quod — dicitur 16-18 sed — unum 22-**35**.3 ut — sumere

---

n 1 nec² (*BΔ*)] *om.* *η*

---

*EiFyTg***bc** 2 erat — medietas] erant autem etiam et ipsorum medietates *FyTg* : [**bc**] 3 esset] est et *Ei* : [**bc**] 6 non + in *Ei* : *an* + aut ? : [**bc**] enim *om.* *FyTg* : [**b**] 7 nix esse] nivem *Ei ex correct.*, **c** : [**b**] nigram *Ei***c** : [**b**] 9 autem] aut *Tg* : + ad *Ei* : [**c**] 12 ipsorum *om.* **b** : [**c**] 13 visum habere] habens visum *FyTg* : [**bc**] 15 caecum ... esse] caecum esse... *Ei*(**b**) : [**c**] 19-20 opponuntur ita sibi sunt *e duplici lectione* (oppountur) *orta esse coniecerim ; confer* opposita sunt **c*** 22 cui *om.* **b** : [**c**] 26 productus *FyTg* : [**bc**] 27 parum *FyTg* : [**bc**] — ita sibi sunt

nem ; semper enim mobilior ad virtutem fit, si quamlibet a principio sumpserit intentionem, quare erit possibile maiorem illum intentionem sumere ; et hoc saepius factum perfecte in 13a30
contrariam habitudinem consistere, nisi tempore prohibeatur). In privatione vero et habitu impossibile est ad invicem fieri mutationem ; ab habitu enim ad privationem fit permutatio, a privatione vero ad habitum impossibile est ; neque enim factus aliquis caecus rursus vidit, nec calvus rursus crinitus factus est, 13a35
nec edentulus dentes creavit.

Quaecumque vero ut affirmatio et negatio opponuntur, mani- 13b1
festum est quoniam secundum nullum modum eorum qui dict sunt opponuntur ; in his enim solis necesse est hoc quidem esse verum illud vero falsum. Nam neque in contrariis necesse est semper alterum esse verum, alterum vero falsum, nec in relativis, 13b5
neque in habitu et privatione ; ut sanitas et aegritudo contraria sunt, sed neutrum ipsorum neque verum neque falsum est ; similiter autem et duplum et medium quae ut ad aliquid opponuntur, non est eorum alterum falsum alterum verum ; nec vero ea quae secundum habitum et privationem sunt, ut visus et
caecitas. Omnino autem nihil eorum quae secundum nullam 13b10
complexionem dicuntur aut verum aut falsum est ; omnia autem quae diximus sine complexione dicuntur. At vero magis hoc videtur contingere in his quae secundum complexionem dicuntur (sanum enim esse Socraten et aegrotare Socraten contraria 13b15
sunt), sed nec in his quoque necesse est semper alterum verum esse, alterum autem falsum ; cum enim sit Socrates, est hoc quidem verum illud vero falsum, cum autem non sit, utraque falsa sunt ; nam neque aegrotare neque sanum esse verum est cum ipse Socrates non sit omnino. In privatione vero, cum non sit, 13b20

Desunt in ***b*** 12-20 in — caecitas 24-**36**.5 sanum — sunt

---

n 4 consistere] *ἀποκαθίστησιν* 8 rursus (*BΓ*)] *ante ὀδόντας* (9) 12 necesse est] + *ἀεὶ* 13 falsum (*ΓP*)] + *αὐτῶν* 16 ipsorum (*Δ*)] *om.* 19 sunt (*BΓ*)] + *λεγόμενα* 23 complexionem] + *ἐναντίων* 28 aegrotare (*ΓIP*)] + *Σωκράτη* 29 privatione (*ΓP*(*Δ*))] + *καὶ τῆς ἕξεως*

---

*EiFyTg****bc*** 1 quilibet *FyTg* : [***bc***] 2 intentionem *scripsi* : mutationem *codd.* [***bc***] 5 ad] ab *Ei* : [***c***] 10 vero + quae *EiFy* 11 quae dicta *FyTg* : [***c***] 14 vero *om. Ei* : [***bc***] 22 magis + maximeque (***b***) : maxime ***c**** 23 complexionem + contraria (***b***)***c*** 26 autem] vero *FyTg* : [***bc***] 27 utraque + simul *FyTg* : [***bc***]

neutrum verum est, et cum sit, non semper alterum verum est ; visum enim habere Socraten et caecum esse Socraten opponuntur ut habitus et privatio, et cum sit, non est necesse alterum
13b25 verum esse vel falsum (quando enim non est natus ut habeat, utraque falsa sunt), cum autem non sit omnino Socrates, sic quoque utraque falsa sunt, et habere eum visum et eum esse caecum. In affirmatione vero vel negatione semper, vel si sit vel si non sit, alterum ipsorum verum, alterum falsum erit ; aegro-
13b30 tare enim Socraten et non aegrotare Socraten, cum sit idem ipse, manifestum est quoniam alterum eorum verum vel falsum est, cum non sit, similiter (namque aegrotum esse, cum non sit, falsum est, non aegrotare vero verum est). Quare in solis his erit semper alterum ipsorum verum esse vel falsum, quaecumque ut
13b35 affirmatio et negatio opponuntur.

[11] Contrarium autem est bono quidem ex necessitate malum (hoc autem manifestum est ex unaquaque inductione, ut sanitati
14a1 aegritudo et iustitiae iniustitia et fortitudini timiditas, similiter autem et in aliis), malo vero aliquotiens bonum contrarium est, aliquotiens malum (diminutioni enim, quae mala est, superfluitas
14a5 quae et ipsa mala est contrarium est). In paucis autem hoc aliquis videbit, in pluribus autem semper malo bonum contrarium est.

Amplius in contrariis non est necesse, si alterum fuerit, et reliquum esse ; sanis enim omnibus, sanitas quidem erit, aegritudo
14a10 vero minime ; similiter et albis omnibus albedo quidem erit, nigredo vero non erit. Amplius, si Socraten sanum esse et Socraten aegrotare contrarium est, et non contingit simul eidem utraque inesse, numquam continget, cum alterum contrariorum sit, reliquum esse ; nam cum sit sanum esse Socraten, non erit aegrotare Socraten.

Desunt in **b** 8-14 aegrotare — opponuntur 16-20 ut — est 24-29 sanis — esse[1]

---

n 6 eum[2] (*BΔP*)] *om.* 10 vel (*BΓ*)] τὸ δὲ ἕτερον 10-11 falsum est] + καὶ 12 his] + ἴδιον 20 est[2]] + ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μεσότης ἐναντία ἑκατέρῳ οὖσα ἀγαθόν 23 in (*BΓ*)] *om.*

---

*EiFyTg***bc** 2 opponitur *FyTg* : [**bc**] 4 ut habeat *om. FyTg* : [**bc**] 7 vel[1]] et **bc*** 7, 8 si *om. Ei*(**b**) : [**c**] 8 erit] est *post* verum **b** : [**c**] 16 autem] enim *EiFyTg*(**b**) 21 malum bono *FyTg* 26 vero *om. Ei* : [**b**] 28 contingit *Ei* : [**bc**]

Manifestum est autem quoniam circa idem vel specie vel 14a15
genere nata sunt fieri contraria ; aegritudo namque et sanitas
circa corpus animalis, albedo vero et nigredo simpliciter circa
corpus, et iustitia et iniustitia in anima. Necesse est autem
5 omnia contraria aut in eodem genere esse aut in contrariis gene- 14a20
ribus, vel ipsa esse genera ; album quidem et nigrum in eodem
genere (color enim ipsorum genus est), iustitia vero et iniustitia
in contrariis generibus (huius enim virtus, huius vitium genus
est) ; bonum vero et malum non sunt in aliquo genere, sed ipsa
10 sunt genera. 14a25

[12] De priore. — Prius alterum altero dicitur quadrupliciter.
Primo quidem et proprie secundum tempus, secundum quod
scilicet antiquius alterum altero et senius dicimus (eo enim quod
plus est temporis longaevius et antiquius dicitur). Secundo
15 quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam, ut 14a30
unus duobus prius est (cum enim duo sint, consequitur mox
unum esse, cum vero sit unum non est necesse duo esse ; quare
non convertitur ab uno consequentia alterius subsistentiae) ;
prius autem videtur esse illud a quo non convertitur subsistentiae 14a35
20 consequentia. Tertio vero secundum quendam ordinem prius
dicitur, quemadmodum et in disciplinis et in orationibus ; in
demonstrativis enim disciplinis inest prius et posterius secundum
ordinem (elementa enim priora sunt descriptionibus secundum 14b1
ordinem, et in grammatica elementa priora sunt syllabis), et in
25 orationibus similiter (exordium enim narratione prius est ordine).
Amplius praeter haec omnia, quod melius et honorabilius est,
prius natura esse videtur ; solent autem plures honoratiores [ma- 14b5

Desunt in **b** 6-9 album — est 13-14 eo — dicitur 16-18 cum — subsistentiae 21-25 in^3 — orationibus 27-**38**.3 solent — sunt

---

n 3 animalis (*BΓ*)] + *πέφυκε γίνεσθαι* 4 anima (*Γ*)] + *ἀνθρώπου* 10 genera (*σ*)] + *τινῶν* 13 dicimus (*f*)] *λέγεται* 14 secundo] + *δὲ* 21 et^1] *om.*

---

*EiFyTg***bc** 4 et iustitia] iustitia vero *FyTg***bc*** 7 genere] genere est *Ei* : est genere **c*** : [***b***] 8 vitium] malitia *FyTg* : [***bc***] : *an duplex lectio* ? 9 alicuius *FyTg* 13-14 eo — dicitur *om. FyTg* : [***bc***] 16 unus *codd.* : *an* unum *scribendum?* prior *Fy* (***b***)**c*** 17 vero *om.*, cum sit *transp. FyTg* : [***bc***] 19 illud *om. Ei* : [***b***] a quo] quod *FyTg* : [***b***] substantiae (***b***) 23-24 descriptionibus — sunt *et* et^2 *om. Ei* : [***b***] 27 magis] *an duplex lectio* magis honoratiores ? : [***bc***]

gis] et quos ipsi maxime venerantur priores esse dicere ; est autem hic modus paene alienissimus.

14b10 Atque hi quidem qui dicuntur modi prioris isti sunt. Videtur autem praeter eos qui dicti sunt alter esse prioris modus ; eorum enim quae convertuntur secundum essentiae consequentiam, quod alterius quomodolibet causa est digne prius natura dicitur. Quoniam autem sunt quaedam talia, manifestum est ; nam esse 14b15 hominem convertitur secundum subsistentiae consequentiam ad verum de eo sermonem ; nam, si est homo, verus sermo est quo dicimus quoniam est homo, et convertitur (nam, si verus est sermo quo dicimus quoniam est homo, hominem esse necesse est) ; est autem verus sermo nullo modo causa subsistendi rem, 14b20 res autem videtur quodammodo causa esse ut sermo verus sit ; nam, quoniam est res vel non est, verus sermo vel falsus dicitur. Quare secundum quinque modos prius alterum altero dicitur.

[13] De his quae simul sunt. — Simul autem dicuntur sim- 14b25 pliciter et proprie quorum generatio in eodem tempore est ; neutrum enim neutro prius est aut posterius ; simul autem secundum tempus ista dicuntur. Naturaliter autem simul sunt quaecumque convertuntur quidem secundum subsistendi conse- quentiam, si nullo modo alterum alteri subsistendi causa sit, ut du- 14b30 plum et medium ; convertuntur enim ista (nam cum sit duplum est medium, et cum sit medium est duplum), neutrum vero neutri subsistendi causa est. Et ea quae ex eodem genere in contrarium dividuntur simul natura esse dicuntur. In contrarium vero dividi 14b35 dicuntur secundum eandem divisionem, ut volatile, gressibile et aquatile ; haec enim in contrarium dividuntur, cum ex eodem genere sint ; animal enim dividitur in volatile, gressibile et aqua-

---

Desunt in **b** 7-12 quoniam — est[1] 14-15 nam — dicitur 18-19 neutrum — dicuntur 21-24 ut — est 25-**39**.2 in — natura

---

n 1 priores (*PIC*)] + παρ' αὐτοῖς 22 enim (*BΓ*)] *om.* 28 volatile gressibile (*BΓ*)] πεζὸν ... πτηνὸν

---

*EiFyTg***bc** 3 prioris *scripsi* : -es *codd.* : [**bc**] 6 alterius + alteri *Tg* : + alter *Fy* : *an duplex lectio* alterius ? alteri 8 substantiae *Ei* : [**bc**] 9-10 si — nam *om. FyTg* : [**bc**] 9 quo *scripsi* : quod *Ei* : [*FyTg***bc**] 11 quo *scripsi* : quod *EiFyTg* : [**bc**] 12 rei *FyTg* : [**c**] 19 autem *om.* (**b**) sunt *om. EiTg* 21 si] sed *Om***bc*** sit] est (**b**)**c*** 23 neutri] -o *EiFy* : [**bc**] 26 dicuntur + quae *Eic** : [**b**] divisionem + sunt *Eic** : [**b**] 28 et *om. Ei* : [**b**]

tile, et nullum horum prius est vel posterius, sed simul haec 15a1
videntur esse natura (dividitur autem et unumquodque eorum in
species iterum secundum eandem divisionem, ut gressibile
animal et volatile et aquatile). Erunt igitur et illa simul natura,
quaecumque ex eodem ipso genere secundum eandem subdivisio-
nem sunt, genera autem semper priora sunt ; non enim conver- 15a5
tuntur secundum substantiae consequentiam, ut aquatile quidem
cum sit est animal, animal vero cum sit, non necesse est esse
aquatile. Simul ergo natura esse dicuntur quaecumque conver-
tuntur quidem secundum essentiae consequentiam, nullo autem
modo alterum alteri subsistendi causa est, et ex eodem genere 15a10
quae in contrarium sibi dividuntur ; simpliciter autem simul sunt
quorum generatio in eodem tempore est.

[14] De motu. — Motus vero sunt species sex : generatio,
corruptio, crementum, diminutio, commutatio, secundum locum
translatio. Alii quidem motus manifestum est quoniam a se invi- 15a15
cem diversi sunt ; neque enim est generatio corruptio, nec cremen-
tum diminutio nec secundum locum translatio ; similiter autem et
ceterae. In commutatione vero est aliqua dubitatio, ne forte
necesse sit quod commutatur secundum aliquem reliquorum
motuum commutari. Hoc autem non est verum ; paene enim 15a20
secundum omnes passiones vel multas commutari nobis contingit
nullo aliorum motuum communicante ; nam neque crescere
necesse est quod secundum passionem movetur nec diminui,
similiter autem et in aliis ; quare diversus erit motus ab aliis 15a25
commutationibus (nam si idem esset, oporteret omne quod
commutatur mox aut crescere aut minui aut aliquem aliorum
motuum consequi ; sed non est necesse). Similiter autem et quod

---

Desunt in **b** 3-4 ut — aquatile 7-13 ut — est 16-19 alii — ceterae 21-**40**.1 hoc — mutatur

---

n 6 genera] + τῶν εἰδῶν 23 communicante (*uA*)] κοινωνοῦσιν 25-26 motus ab aliis commutationibus] παρὰ τὰς ἄλλας κινήσεις ἢ ἀλλοίωσις 28-**40**.1 quod ... mutatur] κινούμενον ἀλλοιοῦσθαι

---

*EiFyTg***bc** 3 secundum eandem divisionem *om.* **c*** (*recte, ut videtur ; confer lin.* 5) 5 divisionem **b** : [**c**] 6 priora semper *transp. Ei* 7 subsistentiae (*an recte* ?) **b** : [**c**] 12 sibi *om. Ei* : [**bc**] 16 motus *om. FyTg* : [**bc**] 17-18 corruptio nec ... diminutio nec *scripsi* : corruptione et ... diminutione *FyTg* : corruptio et ... diminutio *Ei* : [**bc**] 21 motum *Ei* : [**c**]

crescit vel secundum quemlibet alterum motum mutatur ; sed
15a30 sunt quaedam quae crescunt et non commutantur, ut quadratum circumposito gnomone crevit quidem, sed commutatum non est ; similiter autem et in aliis huiusmodi. Quare a se invicem motus isti diversi sunt.

15b1 Simpliciter autem motus quieti contrarius est ; singulis vero motibus, generationi quidem corruptio, diminutio vero cremento, secundum locum translationi secundum locum quies. Maxime
15b5 autem videtur opponi in contrarium locum permutatio, ut de eo quod est deorsum ad id quod est sursum et de eo quod est sursum ad id quod est deorsum. Reliquo vero de his qui assignati sunt motui non est facile assignare quid sit contrarium, videtur autem neque esse aliquid ei contrarium, nisi quis opponat secundum qualitatem quietem secundum qualitatem translationi quae in
15b10 contrarium, quemadmodum etiam in ea quae est secundum locum translatione secundum locum quietem vel in contrarium locum translationem (est enim commutatio translatio secundum qualitatem) ; quare opponitur ei secundum qualitatem quies vel in
15b15 contrarium qualitatis translatio, ut album fieri quod est nigrum ; commutatur enim, in contrarium qualitatis facta translatione.

[15] De habere. — Habere secundum plures modos dicitur : aut enim ut habitum vel affectionem vel aliam aliquam qualitatem (dicimur enim scientiam habere et virtutem) ; aut ut quanti-
15b20 tatem, ut quam quisque habet magnitudinem (dicitur enim bicubitam vel tricubitam habere magnitudinem) ; aut circa corpus

---

Desunt in ***b*** 4-5 similiter — sunt 6-11 singulis — deorsum 15-20 quemadmodum — translatione 22-**41**.9 aut — videbuntur

---

n 9 autem (*B*)] *om.* opponi (*φ* : + *καὶ B*)] + *καὶ εἰ ἄρα* 13 quis] + *καὶ ἐπὶ ταύτης* 19 nigrum] + *γίγνεσθαι* 25 corpus] + *οἷον*

---

*EiFyTg****bc*** 1 secundum — motum] quolibet altero (alio *Tg*) motu *FyTg* : [***bc***] commutatur (*an recte* ?) *Tg* : [***bc***] 9 locum + translatio secundum locum quieti ut sit in contrarium locum *FyTg* : [***bc***] 10-11 deorsum — est] sursum *FyTg* : [***bc***] 11 designati *Bs* : designatae *Ei* : [***c***] 12 motibus *FyTg* : [***c***] autem] etiam ut *Ei* 14 secundum qualitatem translationi *om.* *Ei* : translationi (***b***) : [***c***] quae in *om.* *FyTg*(***b***) : [***c***] 15 contraria *Ei* : -am *Tg*(***b***) : [***c***] 19 fieri — nigrum] nigrum fieri *FyTg* : [***bc***] 22 vel[1]] et *FyTgc** : [***b***] affectionem] dispositionem *FyTg* : [***bc***] : *an duplex lectio ?* 23 dicimus *EiFyTg* : [***b***] ut *om.* *FyTg* : [***b***] 24 ut] et *FyTg* : [***b***]

vestitum aut tunicam ; aut in parte (ut in manu anulum) ; aut partem (ut manum vel pedem) ; aut in vase (ut modius triticum vel dolium vinum ; vinum enim dolium habere dicitur, et modius 15b25
triticum ; haec igitur habere dicuntur ut in vase) ; vel ut posses-
5 sionem (habere enim domum vel agrum dicimur). Dicimur vero et habere uxorem et uxor virum ; videtur autem alienissimus esse habendi modus qui nunc dictus est ; nihil enim aliud habere 15b30
uxorem significat quam cohabitare. Fortasse autem et alii habendi modi videbuntur ; qui autem solent dici paene omnes
10 sunt annumerati.

---

n 8 alii] + τινὲς

---

*EiFyTg***bc** 4 dicuntur habere *transp. Ei* : [***b***] 8 cohabitare + cum ea *Ei* : [***bc***] 9 omnes paene *transp. Ei*(***b***) *subscriptio* : EXPLICUERUNT CATHIGORIAE *Ei* : *om. cett.* : [***bc***].

2.

EDITIO COMPOSITA

(VULGATA)

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotatione editionis compositae adhibitorum

I. LIBRI LATINI :

Rc = cod. Carolsruhensis, bibl. Badensis, Reich. CLXXII : saec. IX
Vc = Vercellensis, arch. Capit. S. Eus. CXXXVIII : saec. IX
Cb = Ambianensis, bibl. munic. 404 (secunda pars) : saec. XI
Ab = Aurelianensis, bibl. munic. 277 : saec. X-XI
Gl = Sangallensis, bibl. monast. 817 : saec. XI
Cs = Vaticanus, bibl. apost., Ottob. lat. 1406 : saec. XI-XII
Ch = Carnutensis, bibl. munic. 497 : saec. XII
[*Ab*], [*Ch*] ... = testimonium horum codicum deest

Rarius citantur :

Va = cod. Vaticanus, bibl. apost., Vat. lat. 8591 : saec. XI
Eb = Parisinus, bibl. Ars. 912 : saec. XI
Lm = Florentinus, bibl. Laurent., S. Marci 166 : saec. XII
Mü = Monacensis, bibl. publ. Bavar. 21564 : saec. X-XI

Rarissimo citantur :

Br = cod. Bruxellensis, bibl. reg. 5439-43 : saec. XI
Lg = Leningradensis, bibl. publ. F. V. class. lat. 7 : saec. IX
Fu = Parisinus, bibl. nation. lat. 7193 : saec. X
Kö = Coloniensis, bibl. Eccl. Metrop. CXCI : saec. XI
Fm = Florentinus, bibl. Laurent., S. Marci 125 : saec. XII
Fn = Florentinus, bibl. nation. centr., Conv. Soppr. J. 10.12 : saec. XIV
Np = Neapolitanus, bibl. nation., Vienna 47 : saec. XII
Ad = Darmstadiensis, bibl. Hass. 2282 : saec. XII

a = lectiones e translatione Boethii sumptae

II. LIBRI GRAECI ET TRANSLATIONES :

Λ = translatio Boethii : saec. VI
n = cod. Mediolanensis, bibl. Ambros. L. 93 sup. : saec. IX
B = Venetus, bibl. S. Marci. gr. 201 : saec. X
Γ = translatio Syra Georgii : saec. VII-VIII
Δ = Armenia : saec. V
I = Syra Iacobi : saec. VII
P = Syra Sergii : saec. VI

Rarius citantur :

C = cod. Parisinus, bibl. nation. Coisl. 330
d = Florentinus, bibl. Laurent. 72.5
e = Florentinus, bibl. Laurent. 72.3
f = Venetus, bibl. S. Marci, App. IV.5
g = Florentinus, bibl.. Laurent. 71.35
u = Basileensis, bibl. Univers. F.II.21

Parvis typis ea quae a translatione Boethiana (pp. 3-41) non differunt impressa sunt ; *reclinatis* tamen *litteris* lectiones indicavimus quas in textum superius editum non recepimus. Asteriscis (*) notavimus sicubi verba nonnulla hic desunt quae Boethiana interpretatio praebet. Vide pp. LI-LII.

CATEGORIAE ARISTOTELIS

Bekker

[1] Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum 1a1
nomen vero substantiae ratio diversa, ut animal homo et quod pingitur.
Horum enim solum nomen commune est, secundum nomen vero substan-
tiae ratio diversa ; si enim quis assignet quid est *utrumque* eorum quo sint 1a5
animalia, propriam assignabit utriusque rationem.

Univoca vero dicuntur quorum et nomen commune est et secundum
nomen eadem substantiae ratio, ut animal homo atque bos. Communi
enim nomine utrique animalia nuncupantur, et est ratio substantiae 1a10
eadem ; si quis *autem* assignet utriusque rationem, quid *utrisque* sit quo sint
animalia, eandem assignabit rationem.

Denominativa vero dicuntur quaecumque ab aliquo, solo differentia
casu, secundum nomen habent appellationem, ut a grammatica grammati-
cus et a fortitudine fortis. 1a15

[2] Eorum quae dicuntur alia quidem secundum complexionem dicuntur,
alia vero sine complexione. Et ea quae secundum complexionem dicuntur
sunt ut homo currit, homo vincit ; ea vero quae sine complexione, * homo,
bos, currit, vincit.

Eorum quae sunt alia de subiecto quodam dicuntur, in subiecto vero 1a20
nullo sunt, ut homo de subiecto quidem dicitur aliquo homine, in subiecto
vero nullo est ; alia autem in subiecto quidem sunt, de subiecto *autem*
nullo dicuntur (in subiecto autem esse dico quod, cum in aliquo sit non
sicut quaedam pars, impossibile est esse sine eo in quo est), ut quaedam 1a25
grammatica in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero nullo dicitur,
et quoddam album in subiecto est * corpore (omnis enim color in corpore

---

AbCbChCsGlReVc 1 CATHEGORIAE ARISTOTELIS *Cb* : ARISTOTELIS CA$\overline{\text{TH}}$ *Fu* : CATHEGORIAE *Re* : INCIPIUNT CATHEGORIAE ARISTOTELIS *Cs* : INCIPIT LIBER CATHEGORIARUM .X. ARISTOTELES (-IS *Lg*) PHILOSOPHI *Vc* : INCIPIUNT CATEGORIAE ARISTOTELIS VERBUM E VERBO TRANSLATAE A BOETIO V$\overline{\text{R}}$. CL'. LEGE FELICITER *Ab* : INCIPIT LIBER ARISTOTELIS PHILOSOPHI DE DECEM CATHEGORIIS TRANSLATUS ATQUE COMMENTATUS A BOETIO CONSULE AC PATRITIO *Gl* : *om. Ch* 2 DE AEQUIVOCIS *ReEb* solum nomen *transp. Fm* 5 est] sit (*post* eorum) *CsVa* : [*Ch*] 6 proprium *Re* 7 DE UNIVOCIS *ReVcCbAb* vero *om. Cs* et[1] *om. Lm* 9 utraque *AbCsVa* : [*Ch*] substantiae ratio *transp. Ch* 10 autem] enim *CsCha* utrisque] -ique *GlCsa* quo] quod *ReCbAb* 11 adsignavit *Re* 12 DE DENOMINATIVIS *ReVcCbAb* differentiae *AbEb Mü* : -te *Gl* 15 DE DIVERSIVOCIS *ReVcCb* : DE DIVERSIS *Mü* : DE HIS QUAE DICUNTUR *Ab* 17-18 ea — vincit *om. Cb* 17 complexione + ut *CsCha* 19 eorum + vero *Ch* 22 sit in aliquo *transp. Gl*

1b1 est), alia vero et de subiecto dicuntur et in subiecto sunt, ut scientia in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero dicitur *ut* grammatica ; alia vero neque in subiecto sunt neque de subiecto dicuntur, ut *aliqui* homo vel
1b5 *aliqui* equus ; nihil enim horum neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter autem quae sunt individua et numero singularia nullo de subiecto dicuntur, in subiecto autem nihil ea prohibet esse ; quaedam enim grammatica in subiecto est.

1b10 [3] Quando alterum de altero praedicatur ut de subiecto, quaecumque de eo quod praedicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto *dicuntur*, ut homo de quodam homine praedicatur, animal vero de homine, ergo et de
1b15 quodam homine animal praedicabitur ; quidam enim homo et homo est et animal *est*.

Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae secundum speciem et differentiae sunt, ut animalis et scientiae ; animalis quidem differentiae sunt ut gressibile et volatile et bipes, scientiae vero nulla
1b20 *eorum* est ; neque enim scientia ab scientia differt in eo quod bipes est. Subalternorum vero generum nihil prohibet easdem esse differentias ; superiora enim de subterioribus generibus praedicantur, quare quaecumque praedicati differentiae fuerint, eaedem erunt etiam subiecti.

1b25 [4] Eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm aut habitum aut facere aut pati. Est autem substantia quidem, ut *figuraliter* dicatur, ut homo, equus ; quantitas ut
2a1 bicubitum, tricubitum ; qualitas ut album ; ad aliquid ut duplum, maius ; ubi vero ut in *loco* ; quando autem ut heri ; situs vero ut sedet, iacet ; habere * ut calciatus, armatus ; facere vero ut secare, urere ; pati * ut secari,
2a5 uri. Singula igitur eorum quae dicta sunt ipsa quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur, horum autem ad se invicem complexione affirmatio fit. Videtur *autem* omnis affirmatio vel falsa esse vel vera ; eorum autem
2a10 quae secundum nullam complexionem dicuntur neque *vera* neque *falsa* *sunt*, ut homo, album, currit.

[5] De substantia. — Substantia autem est, quae proprie et principaliter et maxime dicitur, quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto

---

AbCbChCsGlReVc 1 est + de subiecto autem nullo dicitur *Ch* 2 ut + de *CsCh* (*cf.* **a**) 3-4 aliquis *bis* *CsFm***a** 5-6 nullo *post* subiecto[1] *Ch* : *post* de *EbFm* 6 prohibet ea *transp. Lm* 9 de eo quod praedicatur] praedicantur *Vc* (*Vide FyBs in App.*) dicuntur[2]] dicentur *ReVc***a** 12 est *om. Cs* 13-14 secundum speciem] species *CsCh* 14 et[1] *om. AbEbMü* 15 et *bis om. ChMü* scientia *ReVcCb* 16 earum *GlCs* : harum *ChVa***a** : [*Ab*] enim *om. AbEb* 18 subterioribus] super- *ReVcCbMü* : infer- *Gl* generibus *om. CsVa* 20 horum *Cs* 21 significat substantiam *transp. Ch* ad *om. Vc* 22 situm + esse *CsCh* habere *CsCh* 23 quidem *om. Cs* 24 maius *om. Cs* 25 situm vero esse ut sedere iacere *CsCh* 26 habere + autem *Gl***a** calciatum esse armatum esse *CsCh* pati + vero *Ch***a** 28 complexionem *Re* 29 autem[1]] enim *Cs***a** 30 dicuntur + singula *Cs* 32 DE SUBSTANTIA *om. AbGlChVa*

est, ut aliqui homo vel aliqui equus. Secundae autem substantiae dicuntur *species*, in quibus *speciebus* illae quae principaliter substantiae dicuntur 2a15
insunt, hae et harum specierum genera ; ut aliquis homo in specie quidem est in homine, genus vero speciei animal est ; secundae ergo substantiae
5 dicuntur, ut est homo atque animal. Manifestum est autem ex his quae dicta sunt quoniam eorum quae de subiecto dicuntur necesse est et nomen 2a20
et rationem de subiecto praedicari, ut homo de subiecto * aliquo homine, et praedicatur nomen ; *hominem namque* de aliquo homine praedicabis. Ratio quoque hominis de aliquo homine praedicabitur ; quidam enim homo et 2a25
10 homo est. Quare et nomen et ratio praedicabitur de subiecto. Eorum vero quae in subiecto sunt in plurimis quidem neque nomen de subiecto neque ratio *praedicabitur*, in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet praedicari aliquando de subiecto, rationem vero impossibile est ; ut 2a30
album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de subiecto (dicitur enim
15 corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur. Alia vero omnia aut de subiectis dicuntur principalibus substantiis aut in 2a35
subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum est ex his quae per singula proponentur ; ut animal de homine praedicatur, ergo et de aliquo homine animal praedicatur ; nam si de nullo aliquorum hominum *, nec omnino 2b1
20 de homine. Rursus color in corpore est; ergo et in aliquo corpore ; nam si non in aliquo singulorum, nec omnino in corpore. Quare alia omnia aut de subiectis principalibus substantiis dicuntur aut in subiectis eis 2b5
sunt. Non ergo existentibus substantiis, impossibile est esse aliquid aliorum. Omnia enim alia aut de subiectis eis dicuntur aut in subiectis
25 eis sunt. *

Secundarum vero substantiarum maxime substantia est species quam genus ; propinquior enim est primae substantiae. Si quis enim assignet primam substantiam quid est, evidentius et convenientius assignabit 2b10
speciem proferens quam genus, ut quendam hominem assignando,
30 manifestius assignabis hominem assignando quam animal ; illud quidem proprium magis alicuius est hominis, hoc autem communius.

A 19 animal (*BP*)] *om.* 25 sunt (*Δ*)] + ὥστε — εἶναι (2b6[b])

AbCbChCsGlReVc 1 aliquis *bis Cs* 2 illae quae] aeque *ReVcCb* 3 insunt + autem *Cb* 7 homo] hominis *ChVa* subiecto[2] + dicitur *Gl***a** et[2] *om. CbAbCs* 8 praedicatur] ratio praedicatur et *ChVa* nomen *om. CbAbCs* hominem — praedicabis *om. ChVa* 8-9 ratio — praedicabitur *om. ChVaEb* 10 est + et animal rationale mortale *CsCh* de subiecto praedicabitur *transp. Gl* 11 pluribus *Cha* 13 de subiecto aliquando *transp. Ch* 14 praedicabitur *Ch* 20 et *om. Ch* 22 dicuntur principalibus substantiis *transp. Ch* 23 existentibus + primis *CsCh* (*cf.* **a**) esse *om. AbMü* 24 aliorum] corum (?) *Ab* 26 maxime] magis *GlAd***a** : [*Ab*] 29 assignando *om. Cs* 30 assignabis (-it *Fm***a**) *post* hominem *Ab* assignando *om. Ab* quidem] enim *Cs***a** 31 communis *ReVcCbGl* : [*Ab*]

Et cum aliquam arborem reddideris, manifestius assignabis cum ar-
2b15 borem assignaveris quam arbustum. Amplius principales substantiae,
eo quod aliis omnibus subiectae sint et alia omnia * de his praedicen-
tur, aut in eis sunt, ideo maxime dicuntur substantiae. Sicut autem
principales substantiae ad alia omnia se habent, sic et species ad genus
2b20 se habet ; subiacet enim species generi ; genera namque de speciebus
praedicantur, species autem de generibus non convertuntur. Quare et
ex his species genere magis substantia est. Ipsarum vero specierum quae-
cumque non sunt genera, nihil magis alterum alterius substantia est ;
2b25 nihil enim familiarius assignabis de aliquo homine hominem assi-
gnando quam * de aliquo equo * equum. Similiter autem et principalium
substantiarum nihil magis alterum alterius substantia est ; nihil
enim magis aliqui homo substantia est quam aliqui bos.

2b30 Merito autem post principales substantias sola aliorum species et
genera secundae substantiae dicuntur ; sola enim haec indicant
principalem substantiam eorum quae praedicantur. Aliquem enim
hominem si quis assignaverit quid est, speciem quidem quam ge-
nus assignando familiarius demonstrabit, et manifestius faciet ho-
2b35 minem assignando quam animal ; aliorum vero quicquid assignaverit
quilibet, assignabit extranee, velut album aut currit aut quodcum-
que talium reddens. Ergo merito hae solae * substantiae dicuntur.
Amplius principales substantiae, eo quod aliis omnibus subiaceant, *
3a1 propriae substantiae dicuntur ; sicut autem primae substantiae ad alia
omnia se habent, ita species et genera principalium substantiarum
ad reliqua omnia se habent ; de his enim reliqua omnia praedicantur ;
3a5 aliquem enim hominem dices grammaticum esse, ergo et hominem et ani-
mal grammaticum dicis ; similiter autem et in aliis.

Commune autem est omni substantiae in subiecto non esse. Principa-

---

A 4 substantiae (*CΓ*)] + *πρῶται* 5 omnia (*BP*)] *om.* 10 assigna-bis (*C*)] *ἀποδώσει* 14 sola (*nB*)] *μόναι* 18 familiarius (*ue*)] *οἰκείως*

AbCbChCsGlReVc 2 assignaveris] reddideris *Csa* arbustum] plan-tam *CsCha* 3 sunt *Cs* omnia + aut *Csa* praedicantur *CsCh* : [*Ab*] 4 ideoque *ReVcCbGl* : [*Ab*] 5 habet] -ent *CsCh* 8 magis + proxima *ReVcCbAbGl* 9 alterum] alia *Gla* alterius *scripsi* (*cf. lin.* 12) : -i *ReVcCbAb* : -o *CsCh* : ab alia *Gla* substantiae *VcCbFu* : [*Ab*] 11 equo *om. ReVcEb* 12 alterius] -o *CsCh* 13 aliquis ... aliquis *Gla* : qui (quo *Vc* : quis *Fu*) ... qui *ReVcAbFu* 14 *et* 15 solae *ReVcCbAbGla* 15 hae *Gl* : hanc *ReVcCbAb* 16 enim *om. ReVcCbAb* 17 assignaberit *ReVc* 18 demonstravit *Re* 19 assignaberit *Re* 21 haec sola *Ch* substantiae] secundae substantiae *CsCh* 22 subiacent *Lma* 25 enim *om. Ch* 26 di-cis *ReEb* 28 est autem *transp. EbFm*

lis namque substantia neque de subiecto dicitur neque in subiecto est ; secundarum vero substantiarum constat quidem etiam sic quia 3a10
nulla est in subiecto. Homo enim secundum subiectum quidem alicuius hominis est, in subiecto autem nullo est ; non enim in aliquo homine homo est. Similiter autem et animal de subiecto quidem dicitur alicuius hominis, non est autem animal in aliquo homine. Amplius au- 3a15
tem eorum quae in subiecto sunt nomen quidem nihil prohibet aliquando praedicari de subiecto, rationem vero impossibile est. Secundarum vero substantiarum praedicatur et ratio de subiecto et nomen ; ratio-
nem namque hominis de aliquo homine praedicabis et animalis. Ergo 3a20
non erit substantia horum quae in subiecto sunt. Non est autem hoc substantiae proprium ; sed et differentia illud est quod in subiecto non est ; bipes enim et gressibile de subiecto quidem dicitur homine, in subiecto autem nullo est ; non enim in homine est bipes neque gressi- 3a25
bile. * Ratio quoque differentiae de eo dicetur de quocumque ipsa differentia praedicatur, velut si gressibile de homine dicitur, et ratio gressibilis de homine praedicatur ; est enim homo gressibile. Non nos vero conturbent substantiarum partes quae ita sunt in toto quasi in subiecto sint, 3a30
ne forte cogamur non eas esse substantias confiteri ; non enim sic quae in subiecto sunt dicuntur quae tamquam partes insunt in aliquo.

Inest autem substantiis et differentiis ab his omnia univoce praedicari. Omnia enim quae ab his *sunt praedicamenta* aut de individuis praedicantur 3a35
aut de speciebus. A principali namque substantia nulla est praedicatio (de nullo enim subiecto dicitur), secundarum vero substantiarum species quidem de individuo praedicatur, genus autem et de specie et de individuo ; similiter autem et differentiae et de speciebus et de individuis 3b1
praedicantur. Rationem *namque* suscipiunt primae substantiae specierum et generum, et species generis (quaecumque enim de praedicato dicuntur, 3b5
eadem et de subiecto dicentur) ; similiter autem et differentiarum ratio-

---

A 3 nulla est (*uΔP*)] οὐκ εισὶν 12 et (*B, cett.*)] *om.* 20 dicuntur (*Δ*)] ἐλέγετο

AbCbChCsGlReVc 3-4 secundum — est[1]] de subiecto quidem aliquo homine dicitur (dic. al. hom. *Ch*) *CsCha* 4 autem] vero *Cha* 5 quidem *om. Ch* 6 aliquo homine *CsCha* 6 autem[2] *om. Ch* 7 aliquando *om. Ab* 9 et ratio *post* nomen *Cs* 12 differentiae *ChVa* illud] ideo *ReVc* quod] quoniam *ChVa* 13 homine dicitur *transp. CsCh* (*cf.* **a**) 15 dicitur *GlCsa* quodcumque *Re* : quo *Gla* 16-17 velut — praedicatur *om. EbMü* 16 dicitur] dicatur *Gla* 17 gressibilis *AbGlCh* 19 forte + et *ReVcCb CsCh* sic] si *ReCb* : *om. CsCh* quae *om. Ch* 19-20 quae — aliquo] dicebantur esse ea quae sunt in subiecto ut quasi partes cssent *Gla* 20 sunt dicuntur] dicuntur esse *CsCh* 21 ab] ex *CsChVa* 22 ab] ex *ChVa* praedicata *Ch* 23 prima *Gla* 27 namque] quoque *Cha*

nem suscipiunt species et individua ; univoca autem sunt quorum et nomen commune et ratio eadem est. Quare omnia quae a substantiis et differentiis sunt univoce dicuntur.

3b10 Omnis autem substantia videtur hoc quiddam significare. Et in primis quidem substantiis indubitabile et verum est quoniam hoc aliquid significat *. In secundis vero substantiis videtur quidem similiter appel-
3b15 lationis *figura* hoc aliquid significare, quando quis dixerit hominem vel animal ; non tamen verum est, sed magis quale aliquid significat (neque enim unum est quod subiectum est quemadmodum prima substantia, sed de pluribus homo dicitur et animal) ; non autem simpliciter quale quid significat, quemadmodum album ; nihil enim aliud significat album quam
3b20 qualitatem, genus autem et species circa substantiam qualitatem determinant (*quale* enim quandam substantiam *significat*). Plus autem *in* genere quam *in* specie determinatio fit ; dicens *autem* animal plus complectitur *hic* quam hominem.

3b25 Inest autem substantiis et nihil illis esse contrarium. Primae enim substantiae quid erit contrarium ? Ut alicui homini : nihil enim est contrarium ; at vero nec homini nec animali nihil est contrarium. Non est autem hoc substantiae proprium, sed etiam multorum aliorum, ut *quanti-*
3b30 *tati ;* bicubito enim nihil est contrarium, at vero nec decem nec alicui talium, nisi quis forte multa paucis dicat esse contraria, vel magnum parvo ; determinatorum vero nullum nulli est contrarium.

Videtur autem substantia non suscipere magis et minus ; dico autem
3b35 hoc non quia substantia non est a substantia magis et minus (hoc autem dictum est quia est) ; sed quoniam unaquaeque substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis et minus ; ut * est haec substantia homo, non est magis et minus homo, neque ipse * neque alter ab altero. Non enim est alter
4a1 altero magis homo, sicut est album * altero magis album et bonum alterum altero magis ; sed et ipsum a se magis et minus dicitur, ut corpus, cum album
4a5 sit, magis album esse dicitur quam prius, et cum calidum sit, * magis et minus calidum dicitur ; substantia vero non dicitur (nihil enim homo

---

A 10 quid (*B*)] *om.* 24 et minus (*nB*)] *om.* 26 est[3] (*n*)] ἔσται 30 esse (*BΔ*)] *om.* 31 nihil (*I*)] οὐδὲ

AbCbChCsGlReVc 1 univoce *ReVcCbAb* 2 a] ex *Ch* 4 quidam *ReVc* : aliquid *GlCha* 6 significat + individuum enim et unum numero est quod significatur *Cha* vero] autem *Ch* 8-11 neque — significat[1] *bis scr. ReCb* 9 primae substantiae *Ch* 10 quid] aliquid *CsCh* 13 qualem *CsCha* significant *CsCha* 14 autem] enim *CsCha* 15 hic *om. Cha* 16 et *om. AbCsCh* 17 ut *om. Ch* enim *ante* homini *Ch : om. ReVcGlCs* 19 quantitatis *Gl* 20 est *om. ReVc* 21 quis *post* dicat *Ab* 27 ipse + a se *CsVaa* : a se *Ch* alter *om. Ch* 27-28 non — homo *om. Ch* 28 bono *ReVcCb* 29-30 sit album *transp. CsCh*

magis nunc homo quam prius dicitur, neque aliorum quicquam quae substantia sunt) ; quapropter non recipiet substantia magis et minus.

Maxime vero substantiae proprium videtur esse quod, cum idem et 4a10
unum numero sit, contrariorum *susceptivum* est. Et in aliis quidem nullius
habebit quisquam quid proferat quaecumque non sunt substantiae, quod cum sit unum numero susceptibile contrariorum est ; velut color, quod est unum et idem numero, non erit album et nigrum, neque eadem 4a15
actio et una numero erit prava et studiosa ; similiter autem et in aliis quae non sunt substantiae. * Substantia vero, cum unum et idem sit numero, capax contrariorum est ; ut quidam homo, cum unus et idem numero sit, aliquando quidem niger aliquando autem fit albus, et calidus et 4a20
frigidus, et pravus et studiosus. In aliis autem nullis aliquid tale videtur, nisi quis forsitan instet dicens orationem et visum eiusmodi esse ; eadem enim oratio et idem visus verum et falsum esse videtur, veluti, si vera sit oratio sedere quendam, surgente eo falsa erit ; 4a25
similiter autem et de visu ; si quis enim vere putet sedere aliquem, surgente eo false videtur ei, eundem habenti de eo placitum. Sed et si quis hoc suscipiat, sed tamen modo differt ; nam ea quae in substantiis sunt ipsa mutata susceptibilia sunt contrariorum (frigi- 4a30
dum enim de calido factum mutatum est — alterum enim factum est — et nigrum ex albo et studiosum ex pravo, similiter autem et in aliis unumquodque mutationem suscipiens est susceptibile contrariorum) ; oratio autem et placitum ipsa quidem immobilia omnino * 4a35
perseverant, cum vero res movetur contrarium circa eam fit ; oratio namque permanet eadem eo quod sedeat aliquis, cum vero res mota 4b1
sit, aliquando quidem vera aliquando autem falsa fit ; similiter autem et in placito. Quapropter modo solo proprium substantiae est

---

A 4 nullius (*nΓΔ*)] *οὐ B* (*A* ?) 13 forsitan (*ἄρα eC*)] *om.*

AbCbChCsGlReVc 2 substantiae *CbGlCsChFu* recipit *Ch* 3-4 unum et idem *transp. CsCh* 4 susceptivum est contrariorum *transp. Ch* nullius *scripsi* : -is **a** (? *Ab*) : -o *ReVcCb* : non *GlCsCh* 5 quisquam] quis *ReCbGlCh* 6 unum + et idem *Ch* est] sit *CsCh* 9 idem et unum *transp. Ch* 10-11 sit numero *transp. Lm* 11 niger + //// est *Ab* : + et *Re* 12 et²] atque *Ch* 13 forsan *ReVcAb* visum] opinionem *Gla* huiusmodi *Gla* 14 idem visus] eadem opinio *Gla* 15 ratio *ReVcCb* 16 visu si] visus *Re* : visu *Cb* : opinione si *Gla* vere + videri (opinari *Gl*) vel placere sibi (*an triplex lectio translatoris* ?) *ReVcCbAbGl* : + videri sibi *CsVa* 17 falsum (+ esse *Cs*) *CsCh* : -o *Ab* de eo + ///// et *Ab* : oratio // *Fu* placitum] visum (*an duplex lectio* ?) *CsCh* 18 nam] non *Vc* 22 unum quid *ReVcCbGl* : [*Ab*] 23 placitum] opinio *GlCha* 24 eam] eum *ReVc* : [*Ab*] 26 fit] sit *ReVcCb* 27 placito] opinione *CsCha* solummodo *CsCh* est + eo *ReVcCbAbGlCs*

quod secundum suam mutationem capabilis sit contrariorum — si
4b5 quis autem etiam haec recipiat, placitum et orationem dicens susceptibilia esse contrariorum ; non est verum hoc ; oratio namque et placitum non in eo quod ipsa aliquid recipiant contrariorum susceptibilia esse dicuntur, sed eo quod circa alterum aliqua passio facta sit. — Nam in eo quod res est aut non est, in eo etiam oratio * vera
4b10 aut falsa dicitur, non in eo quod ipsa capabilis sit contrariorum. Simpliciter autem a nullo neque oratio movetur neque placitum, quapropter non erunt susceptibilia contrariorum, cum nulla in eis passio facta sit. Verum substantia, in eo quod ipsa contraria recipiat, in hoc susceptibilis dicitur esse contrariorum. Languorem enim et
4b15 sanitatem suscipit, et candorem et nigredinem ; et unumquodque talium ipsa suscipiendo contrariorum esse susceptibilis dicitur. Quare proprium erit substantiae quod, cum idem et unum numero sit, secundum sui mutationem contrariorum est susceptibilis. * De substantia quidem haec dicta sint.

4b20 [6] De quantitate. — Quantitatis autem aliud quidem est continuum, aliud * discretum ; et aliud quidem ex habentibus positionem ad se invicem suis partibus constat, aliud autem ex non habentibus positionem. Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio, continuum vero *
4b25 linea, superficies, corpus ; amplius autem praeter haec tempus et locus. Partium etenim numeri nullus est communis terminus ad quem copules particulas eius ; ut quinque et quinque, si est ad decem particula,

---

A 2 dicens (*n*)] *om.* 3 est (*C*)] + δὲ 7 contrariorum (*BΓΔI*)] ἐναντίου 8 a nullo (*Δ*)] οὐδὲν : οὐδὲν ὑπ' οὐδενὸς *nB* 9 passio (*B*)] *om.* 11 esse (*BPI*)] *om.* 14-15 secundum sui mutationem (*nBΔI*)] *om.* 15 de (*B*)] καὶ περὶ (= *Lm*) 17 autem (*nBΔIP*)] *om.* 20 vero (*nBΓIP*)] + οἷον

AbCbChCsGlReVc 1 captabilis *Fm* : susceptibilis *Cha* 2 etiam *om. Cs* hoc *CsCha* placitum] opinionem *CsCha* rationem *ReVcCb* : [*Ab*] 4 placitum] opinio *CsCha* non in eo] nomen *ReVc* : [*Ab*] ipsa + recipian (*sic*) *Re* : + an *Vc* 6 aut] vel *Cha* eo²] hoc *Fm* : eo hoc *ReVcCb* : [*Ab*] ratio *ReCb* 7 aut] vel *Cha* in *om. ReVcCb* captabilis *Ch* 8 autem] enim *ReVc* : [*Ab*] nec ... nec *Ch* ratio *ReVcCb* : [*Ab*] placitum] opinio *CsCha* 12 unum quid *ReVcCbAbCh* 13 ipsa *om. Ch* susceptibilis esse *transp. Ch* 14 substantiae + eo *ReVcCbAb* quod *om. Cs* suam *CbGlCh*, ? *Cs* 15 esse susceptibilem *Ab* : susceptibilem esse *CsCh* : *cf. a* de] et de *Lm* 15-16 de — sint] hactenus de substantia *Ch* 16 sunt *Re* 17 EXPLICIT DE SUBSTANTIA INCIPIT DE QUANTITATE *ReAb* : INCIPIT DE QUANTITATE *Vc* : *om. Ch* quidem *om. CbCsCha* 19 autem *post* habentibus *Cb* 20 continua *CsCha* vero + ut *CsCha* 22 copulato *ReVcCb*

ad nullum communem terminum copulat quinque et quinque, sed semper discreta sunt ; sed et tria et septem ad nullum communem terminum * particularum, sed semper discreta et separata sunt ; quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autem et oratio discretorum est (quia etenim quantitas est * oratio manifestum est ; mensuratur enim syllaba brevis et longa ; dico autem cum voce orationem prolatam) ; ad nullum enim communem terminum particulae eius copulantur ; non enim est communis terminus ad quem syllabae copulantur, sed unaquaeque divisa est ipsa secundum se ipsam. Linea vero continuum est ; potest enim sumere communem terminum ad quem particulae eius copulentur, id est * punctum, et superficiei linea (plani namque particulae ad quendam communem terminum copulantur). Similiter autem et in corpore poteris sumere communem terminum, * lineam aut superficiem aliquam quae corporis particulas copulat. Est autem talium et tempus et locus ; praesens enim tempus copulatur et ad praeteritum et ad futurum. Rursus locus continuorum est ; locum enim quendam corporis particulae obtinent, quae particulae ad quendam communem terminum copulantur ; ergo et loci particulae, quae obtinent singulas corporis particulas, ad eundem terminum copulantur ad quem et corporis particulae ; quapropter continuus erit et locus ; ad unum enim communem terminum suas particulas continuant. 4b30 4b35 5a1 5a5 5a10

Amplius autem alia quidem constant ex particulis quae in eis sunt positionem ad se invicem habentibus, alia autem non ex habentibus positionem ; ut lineae quidem particulae positionem habent ad se invicem (singulum namque eorum situm est alicubi, et habes unde sumas et assignes unumquodque ubi situm est in plano et ad quam particulam ceterarum copulatur) ; similiter autem et particu- 5a15 5a20

A 1 semper (*n*)] *om.* 9 continuum (*n*)] συνεχής 20 continuus (*B*)] συνεχές 22 autem (*BI*)] *om.*

AbCbChCsGlReVc 1 copulantur *CsCh* quinque et quinque *om. Ch* 2 discreta + et separata *CsCh* : [*Gl*] 3 particularum + copulantur *Ch* sunt et separata *transp. Vc* 5 est[1] *om. ReVcCbAbGl* 6 longa et brevis *transp. Cha* 7 copulentur *Ch* 9 continua *Csa* 10 potest] est *Csa* : potes *Ch* 11 lineam *CsCh* 12 copulentur *ChEb* 13 lineam *om. CsCh* aut *om. GlCsCh* 14 quae *om. ReVc* 15 talium] alium *Vc* : aliud *GlEb* praesens] praeteriens *ReCb* 16 ad *om. Cs* 19 corporis] loci *ReVcCb, Gl* ? 20 particulae *om. Ab* 21 suas] eius *ChVaa* particulas] -ae *Ch* : particulas particulae *ReVcCbAbCs* continuat *Gl* : copulantur *Ch* : continuantur *Va* 23 ex non *transp. CsCh* (*cf.* **a**) 24 ut + est *ReVcCbAbGl* 26 unum quid *ReVcCbAbGlCh* 27 cetera *Va* : -ae *Fn* : particulae ceterae *Cs* : [*Ch*] copulentur *CsCh*

lae plani positionem habent quandam (similiter namque ostenditur unumquodque ubi iacet et quae copulantur ad se invicem). Sed et soliditatis quoque similiter et loci. In numero autem non
5a25 poterit quisquam respicere tamquam particulae eius positionem aliquam ad se invicem habeant aut sit situm alicubi aut aliquae particulae ad se invicem conectantur ; sed neque ea quae temporis sunt ; nihil enim patiuntur particulae temporis, quod autem non est patiens quomodo hoc positionem aliquam habebit ? Sed magis ordinem quendam particularum dices habere, quod aliud quidem prius
5a30 sit temporis, aliud vero posterius. Sed et de numero similiter, eo quod prius numeretur unus quam duo et duo quam tres ; et ita ordinem quendam habebunt, positionem vero non omnino percipies. Sed et oratio similiter ; nihil enim patiuntur particulae eius, sed dictum est
5a35 et non potest amplius hoc sumi, quapropter non erit * positio particularum eius, si quidem nihil patiuntur. Alia itaque constant ex particulis quae in eis sunt positionem ad se invicem habentibus, alia autem non ex habentibus positionem.

Proprie autem quantitates hae solae sunt quas diximus, alia vero omnia
5b1 secundum accidens * ; ad haec enim aspicientes et alias dicimus quantitates, ut multum dicitur album eo quod superficies multa sit, et actio longa eo quod tempus *et longum* et multum sit, et motus multus ; neque enim horum singulum per se quantitas dicitur ; ut, si quis assignet quanta sit actio,
5b5 tempore definiet, annuam vel sic aliquo modo assignans, et album quantum sit assignans superficie definiet (quanta enim fuerit superficies, tantum esse album *dicis*) ; quare solae proprie et secundum se ipsae quantitates
5b10 dicuntur quae dictae sunt, aliorum vero nihil per se, sed, si forte, per accidens.

A 4 eius (*BΔIP*)] *om.* 10 similiter (*nBΔIP*)] *om.* 15 si quidem (*nBΔIP*)] cuius 17 non ex (*nBΓ*)] ἐξ οὐ

AbCbChCsGlReVc 1 namque] autem *AbGl* 2 unumquodque *scripsi* : unum quid *codd.* se *om. Ab* 4 perspicere *CsCha* : respondere *Cb* : respicere vel respondere *Ab* 5 aut[1]] ut *CsCh* situm + in *Vc* 6 conectantur] copulentur *Ch* 7 patiuntur *scripsi* : partiuntur *ReVcCbAb, Gl* ? : permanent *CsCh* (*cf.* **a**) 8 partiens *Vc* : permanens *CsCha* hoc *om. CsCh* 9 quod] sed *ReVcCbAb* : ut *Lm* 9-10 quod — aliud] idcirco quod temporis hoc quidem prius est, illud *Gla* 12 omnino] multum *GlCsCha* accipies *Gla* 13 patiuntur *scripsi* : partiuntur *ReVcCbAbGl* : permanent *CsCh* (*cf.* **a**) 15 partiuntur *Ab* : permanent *CsCh* (*cf.* **a**) 17 ex non *transp. Cha* 19 dicimus + esse *GlEb* 20 dicimus *Gl* 21 multum et longum *transp. Csa* horum *om. Vc* 22 singulorum *ReVcCb* quis + dicat *Ab* 23 temporum *VcCb* 24 superficies fuerit *transp. GlCsCh* 25 album esse *transp. Vc* dicet *Gla* 26 si *om. AbCh*

Amplius quantitati nihil est contrarium (in *definitis* enim manifestum est quoniam nihil est contrarium, ut bicubito vel tricubito vel superficiei vel alicui talium — nihil enim est contrarium), nisi multa paucis dicat quis 5b15
esse contraria vel magnum parvo. Horum autem nihil est quantitas sed magis ad aliquid sunt ; nihil enim per se ipsum magnum dicitur *, sed ad *aliquid* refertur; nam mons quidem parvus dicitur, milium vero magnum eo quod hoc quidem sui generis maius sit, illud vero sui generis minus ; 5b20
ergo ad aliud est eorum relatio ; nam, si per se ipsum parvum vel magnum diceretur, numquam mons quidem aliquando parvus, milium vero magnum diceretur. Rursus in vico quidem plures *esse homines* dicimus, in civitate vero paucos cum sint eorum multiplices, et in domo quidem mul- 5b25
tos, in theatro autem paucos cum sint plures. Amplius bicubitum vel tricubitum et unumquodque talium quantitatem significat, magnum vero vel parvum non significat quantitatem, sed magis ad aliquid, quoniam ad aliud *spectat* magnum et parvum ; quare manifestum est quoniam haec ad aliquid sunt. Amplius, sive aliquis ponat haec esse quantitates 5b30
sive non ponat, nihil eis erit contrarium ; quod enim non est sumere per se ipsum sed ad solam alterius relationem refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium ? Amplius autem, si erunt magnum et parvum contraria, continget idem ipsum simul contraria recipere et ea ipsa sibimet esse 5b35
contraria. Contingit enim simul idem parvum esse et magnum (est enim aliquid ad hoc quidem parvum, ad aliud vero hoc idem ipsum magnum) ; quare idem parvum et magnum et in eodem tempore esse contingit, quare simul contraria *suscipit;* sed nihil est quod videatur simul contraria 6a1
posse suscipere ; ut substantia susceptibilis quidem contrariorum esse videtur, sed nullus simul *et* sanus et aeger *est*, nec albus et niger simul ; nihilque aliud simul contraria *suscipiet*. Et eadem sibi ipsis contingit 6a5
esse contraria; nam si est magnum *parvo* contrarium, ipsum autem idem simul est parvum et magnum, ipsum sibi erit contrarium ; sed impossibile est ipsum sibi esse contrarium. Non est igitur magnum parvo contrarium

---

A 1 amplius (*nBΓΔIP*)] δὲ 5 magis (*uΔP*)] *om.* 19 erunt (*BΓΔI*)] ἔσται

AbCbChCsGlReVc 2 bicubitum *ReVcAb* tricubitum *VcAb* superficiei] -cieius (*sic*) *Cb, Ab?* : -cie eius *Re* : -cies eius *Vc* 3 enim *om. Ch* 4 esse *om. Ab* 5 ad[2] *om. Gl* 7 sui generis[2] *om. ChVa* 8 eorum] haehorum (*sic*) *Vc* magnum vel parvum *transp. Ch* 10 homines esse *transp. ChVa***a** 11 parvos *ReVcCb* : parvos vel paucos *Cs* 12 autem] vero *Lm***a** : quidem *Cs* 13 et *om. ReVcCbGl* 15 magnum et (vel *Np*) parvum] eorum relatio *Ch* 16 haec ad] hoc *Ch* aliquis] -i *ReVcCbAb* 17 est] potest *ReVcCbAb* sumi *Np* 19 erit *om. CsCh* autem *om. Cha* 24 videtur *ReVcCbAb* 25 quidem *om. Ch* 26 sed + non suscipit uno eodemque tempore nam *CsCh***b** et[1] *om. CsCha* 27 ipsis *om. ChVa* : ipsi *Gl* contingit + non *Ab* 29 et magnum et parvum *AbVa* sibi] sive *ReLgCb* : [*Vc*] erit] sit *ReLgCb* : fit *Ab* : [*Vc*] sed] et *ReVcCb*

6a10 neque multum exiguo ; quare vel si non relativorum haec quilibet dicat, tamen quantitatis nihil contrarium habebit.

Maxime autem circa locum videtur *esse* contrarietas quantitatis ; sursum enim ad id quod deorsum est contrarium ponunt, locum qui in medio
6a15 est deorsum dicentes eo quod multa medii distantia ad terminos mundi sit. Videntur autem et aliorum contrariorum definitionem ab his proferre ; quae enim multum a se invicem distant eorum quae sub eodem genere sunt contraria determinant.

6a20 Sed non videtur quantitas suscipere magis et minus, ut bicubitum (neque enim est aliud alio magis bicubitum) ; neque in numero, ut ternarius quinario (nihil enim magis tria dicentur, nec tria potius quam tria) ; nec tempus aliud alio magis *et minus* dicitur ; nec in his quae dicta sunt omni-
6a25 no * magis et minus dicitur. Quare quantitas non suscipit magis et minus.

Proprium autem maxime quantitatis est quod aequale et inaequale dicitur. Singulum enim earum quae *dicta* sunt quantitatum et aequale dicitur et inaequale, ut corpus aequale et inaequale, et numerus aequalis et inaequalis dicitur, et tempus aequale et inaequale ; similiter autem
6a30 et in aliis quae dicta sunt singulis *et* aequale et inaequale dicitur. In ceteris vero quae *quantitates* non sunt, non multum *videtur* aequale et inaequale dici, namque *affectio* aequalis et inaequalis non multum dicitur sed magis similis, et album aequale et inaequale non multum sed simile. Quare
6a35 quantitatis proprium est aequale et inaequale dici.

[7] De relativis vel ad aliquid. — Ad aliquid vero talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, ut maius id quod est alterius dicitur (aliquo enim maius dicitur), et duplum alterius dicitur id quod est (alicuius enim duplum dicitur) ;
6b1 similiter autem et alia quaecumque sunt huiusmodi. At vero sunt etiam et haec ad aliquid, ut habitus, affectus, disciplina, positio ; haec enim omnia quae dicta sunt hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur et non
6b5 aliud aliquid ; habitus enim alicuius habitus est, et disciplina alicuius disciplina, et positio alicuius positio ; sed et alia similiter. Ad aliquid

---

A 4 ad id (*n*)] τῷ

AbCbChCsGlReVc 1 vel *om. GlCha* 2 quantitas *CsCha* contrarii *Ch* 4 locum *om. Gl* qui] quod *GlCh* 5 substantia *Cb* 6 videtur *ReVcCbAbGl* his + ei *ReVcCb* 7 sub eodem] de eo *ReVcCbAbGl* 10 est *om. Ab* neque + enim *Vc* 11 quinarius *Ch* 12 aliud *om. CsVa* alio *om. ReVcCbAbGl* sunt + et *ReVcCb* : [*Ch*] 13 magis²] maius *ChVa* 19 quantitatis *GlCh* 21 multum + dicitur *Ch* 23 explicit de quantitate incipit de ad aliquid *Ab* : de his quae ad aliquid dicuntur *Cs* : *om. GlCh* 24 aliter] aliquid (*post* aliud 25 *Gl* : *post* ad *Lg*) *ReVcCbAbGl* 26 id quod est *ante* alterius *Ch* 28 effectus *ReVcCbAb* 30 aliud aliquid] aliter ad aliud *CsCh* : aliter *Gla*

ergo sunt quaecumque id quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud ; ut mons magnus dicitur ad montem alium (magnum enim ad aliquid dicitur), et simile alicui simile *, et omnia talia similiter 6b10
ad aliquid dicuntur. Est autem et accubitus et statio et sessio positiones
5 quaedam, positio vero ad aliquid est ; iacere autem vel stare vel sedere *ipsae* quidem non sunt positiones, denominative vero *ab* his quae *dicta* sunt *positiones* nominantur.

Inest autem et contrarietas in relatione, ut virtus *vitio* contrarium *, 6b15
cum sit utrumque horum ad aliquid, *est*, et disciplina ignorantiae.
10 Non autem omnibus relativis inest contrarietas ; duplici enim nihil est contrarium, neque vero triplici neque ulli talium. Videntur autem et magis 6b20
et minus relativa suscipere ; simile enim magis et minus dicitur, et inaequale magis et minus dicitur, cum utrumque sit relativum (simile enim alicui simile dicitur et inaequale alicui inaequale). Non autem omnia
15 relativa suscipiunt magis et minus similiter ; duplex enim non dicitur 6b25
magis et minus duplex, nec aliquid talium.

Omnia autem relativa ad convertentia dicuntur, ut servus domini servus dicitur et dominus servi dominus, et duplum dimidii duplum et di- 6b30
midium dupli dimidium, et maius minore maius et minus maiore minus ;
20 similiter autem et in aliis ; sed casu aliquotiens differt secundum locutionem, ut disciplina disciplinati dicitur disciplina et disciplinatum disciplina disciplinatum, et sensus sensati sensus et sensatum sensu 6b35
sensatum. At vero aliquotiens non videbitur *converti* nisi convenienter ad quod dicitur assignetur ; *si enim* peccet is qui assignat, ut ala si assigne-
25 tur avis, non convertitur ut sit avis alae ; neque enim *prius* convenienter 7a1
assignatum est ala avis ; neque enim in eo quod avis *est*, in eo *ala eius* dicitur, sed in eo quod alata est (multorum enim et aliorum alae sunt, quae non sunt aves) ; quare si assignetur convenienter, et convertitur ; ut ala alati ala, et alatum ala alatum. Aliquotiens autem forte et nomi- 7a5
30 na fingere necesse erit, si non fuerit positum nomen ad quod convenienter assignetur ; ut remus navis si assignetur, non erit conveniens assignatio (neque enim in eo quod est navis, in eo eius remus dicitur ; sunt enim naves quarum remi non sunt) ; quare non convertitur ; navis enim non 7a10

A 9 horum (*nΓΔIP*)] *om.* 15 relativa (*uCΔP*)] *om.*

AbCbChCsGlReVc 1 id] hoc ipsum *Ch* 2 ad[1] *om. Gl* alium] aliud *Re* 3 alicui] -ius *LgGl* 4 est] sunt *CsCh* et[1] *om. Gl* 5 ipsa *Np***a** 6 positiones non sunt *transp. Ch* dictae *CsVa***a** 8 autem *om. Ab* et *om. Lm* contrarium + est *Ch***a** 9 horum *et* est *om. Gl***a** 10 autem + in *Ch* 11 tali *ReVc* videtur *ReVcCbGl* : [*Ab*] autem et] etiam *Ch* : enim et *Va* 12-13 et[3] — dicitur *om. Vc* 13 utroque *Vc* 15 suscipiunt] sunt *Cb* similiter *om. Gl***a** duplex + et *Ab* 20 differunt *Np, Va* ? 21 ut] et *ReVcCbAb* 22 sensu] -us *Vc* 23 videtur *Ab* ad + id *CsMü* 24 enim *om. Gl***a** his *ReCb* assignet *Vc* 25 convertit *ReVc* 26 eius] avis *CsCh* 27 eo] id *ReVcCbAb* 30-31 nomen positum *et* si assignetur navis *transp. ChVa*

dicitur remi *navis*. Sed forte convenientior assignatio erit si sic quodammodo assignetur, remus remitae *, aut *quoquo* modo aliter dictum sit (nomen enim non est positum) ; convertitur autem si convenienter assignetur
7a15 (remitum enim remo remitum est). Similiter autem et in aliis, ut caput convenientius assignabitur capitati quam si animalis assignetur ; neque enim in eo quod animal est caput habet (multa enim sunt *animalia* capita non habentia). Sic autem facilius fortasse *sumitur* quibus nomen non
7a20 est positum, si ab his quae prima sunt et ab his ad quae convertuntur nomina *ponantur*, ut in his quae praedicta sunt ab ala alatum. a remo remitum. Omnia ergo quae ad aliquid dicuntur, si convenienter assignentur, ad convertentia dicuntur ; nam, si ad quodlibet *illud assignetur* et non
7a25 ad *aliud dicatur*, non convertuntur. Dico autem quoniam neque horum quae indubitanter convertibilia dicuntur et nomina eis posita sunt, nihil convertitur, si ad aliquid eorum quae sunt accidentia assignetur et non ad ea quae dicuntur ; ut servus si non domini assignetur servus,
7a30 sed hominis aut bipedis aut alicuius talium, non convertitur (non enim erit conveniens assignatio). Amplius, si convenienter assignetur ad id quod dicitur, omnibus aliis circumscriptis quaecumque accidentia sunt, relicto vero solo illo ad quod assignatum est, semper ad ipsum dicetur ;
7a35 ut si servus ad dominum *dicatur*, circumscriptis omnibus quae sunt accidentia domino, ut esse bipedem vel scientiae susceptibilem vel hominem, relicto vero hoc solo quod dominus est, semper servus ad eum dicetur ;
7b1 servus enim semper domini servus est. Si vero servus non convenienter dicatur ad id quod dicitur circumscriptis omnibus aliis, relicto vero solo ad quod assignatum est, non dicetur ad ipsum ; assignetur enim
7b5 servus hominis et ala avis, * circumscribatur *ad hominem* esse *servum* ; non enim * servus ad hominem dicitur (cum enim dominus non sit, servus non est) ; similiter autem et de avi, adimatur alatam esse ; et amplius non erit ala ad *aliud* (cum enim non sit alatum, nec ala erit ali-
7b10 cuius). Quare oportet *assignari* ad id quod convenienter dicitur ; et si sit nomen positum, facilis erit assignatio ; si autem non sit, fortasse erit ne-

---

A 15 ea quae (*nΔIP*)] illud : αὐτὸ δ *BΓ*

AbCbChCsGlReVc 2 remitae (-i *Lm* : + rei *CsCh*) + remus *GlCsCh* aut] a *Vc* quomodo *ChMü* 5 capiti *Vc*, *Gl* ? 7 fortasse facilius *transp. ChVa* 11 illud] aliud *CbGlCsCha* assignentur *CsCha* 12 aliud] illud *ChVaa* dicantur *CsCha* 15 ea + ad *CsVa* servus *om. Ch* 16 sed] aut *Vc* alicui *ReVcCbAb* 17 id + ad *Cs* 19 ad *om. Cb* 20 accidenti *ReVc* 21 domino ut] dominavit *ReCb* : nominabit *Vc* : [*Ab*] 23 servus[3] *om. Npa* 24 id + ad *CsCh* 25 assignandum *ReVcCbAbGl* 26 alia *ReVc* ab homine *CsCha* servum] dominum *CsCha* 27 enim[1]] iam *Ch* (*cf.* **a**) 28 adimatur] circumscribatur *Gla* alatam] eam alatam *VcCsCh* : alatam eam *ReCbGl* et[2]] iam *CsCh* 29 aliud] aliquid *CsCha* 30 id + ad *Ch*

cessarium nomen fingere. Si autem sic reddantur, manifestum est quoniam omnia relativa conversim *dicentur*.

Videtur autem ad aliquid simul esse natura. Et in aliis quidem pluribus 7b15
verum est ; simul enim est duplum et *dimidium*, et cum sit *duplum dimi-*
dium est, et cum sit servus dominus est ; similiter autem his et alia.
Simul autem haec auferunt sese invicem ; si enim non sit duplum non est 7b20
dimidium, et si non sit *dimidium* duplum non est ; similiter *autem* et in aliis
quaecumque talia sunt. Non autem in omnibus relativis verum videtur
esse simul *esse natura*; scibile enim scientia prius esse *videtur ;* namque in plu-
ribus subsistentibus * rebus scientias accipimus ; in paucis enim vel * nullis 7b25
hoc quis reperiet simul cum scibili scientiam factam. Amplius scibile
sublatum simul aufert scientiam, scientia vero non * aufert scibile ; nam, si
scibile non sit, non est scientia, *scientia vero si* non sit, nihil prohibet esse 7b30
scibile ; ut circuli quadratura si est scibile, scientia quidem eius nondum
15b10 in contrarium qualitatis mutationem, sicut et in mutatione secundum locum ⟨quietem secundum locum⟩ aut in contrarium locum mutationem (est enim alteratio mutatio secundum qualitatem) ; quapropter opposita erit secundum qualitatem mutationi secundum qua-
15b15 litatem quies aut in contrarium mutatio qualitatis, ut album fieri ad id quod est nigrum fieri ; alteratur enim, in contraria qualitatis mutatione facta.

[15] De habere. — Habere autem multis dicitur modis ; aut enim tamquam habitum et affectum aut aliam quamlibet qualitatem (di-
15b20 cimur enim disciplinam habere atque virtutem) ; aut ut quantitatem, ut quod contingit ei qui habet magnitudinem (dicitur enim bicubitum*) ;

A 4 oportebat (*BΓ*)] *om.* 8 motui quies (*fgP*)] κίνησις ἠρεμία 11 maxime (*nΓΔIP*)] + δὲ 19 opposita erit (*BΔI*)] ἀντίκειται secundum qualitatem mutationi (*BP*)] τῇ (?) 23 autem (*BI*)] *om.*

AbCbChCsGlReVc 1 eadem esset *transp. GlCsVa* (*cf.* **a**) oporteret *Ch Vaa* 3 mutatione *GlCsChEb* 4 alteri *Gl* 5 cum posito *ReVcAbEb* : circumposito *Csa* gnomone *om. ReVcCbGl* 7 ad *ReVcEb* 8 autem²] vero *Cha* 10 autem] vero *Cha* locum vero *transp. Ch* 12 ei¹ *om. ReVcCbAbCs* ea] ei *CsCh* ei²] ea *Ch* 13 reliquo *CsCha* 14 quod *CsCh* 14-15 contrarium ei *transp. Ch* 17 quietem secundum locum *ChVa, cf.* **a** : *om. ReVcCbAbGlCs* 19 secundum qualitatem¹ *om. Ab* 19-20 quies secundum qualitatem *transp. CsCh* 20 ut] aut *ReVc* 21 contraria + a *VcEb* 23 EXPLICIT DE MOTU INCIPIT DE HABERE *Ab* : *om. ChVa* modis dicitur *transp. Lm* (*cf.* **a**) 24 dicimus *Fm* 25 adque *Re* ut¹ *om. Cs* ut² *om. AbCsCh* 26 contigit *Vc* enim + habere *Ch*

aut ea quae circa corpus sunt, ut vestimentum vel tunicam; aut in membro (ut in manu anulum); aut ut membrum (ut manum vel pedem); aut ut in vase (ut modius grana tritici aut lagena vinum; vinum enim 15b25 habere lagena dicitur et modius grana tritici; haec igitur omnia habere dicuntur ut in vase); aut ut possessionem (habere enim domum et agrum dicimur). Aut etiam uxorem habere, sed et uxor virum; sed videtur alienissimus qui nunc dictus est modus esse in eo quod est habere; nihil enim aliud uxorem habendo significamus nisi quia cohabitat. 15b30 Forte tamen et alii quidam apparebunt modi de eo quod est habere; sed qui consueverunt dici paene omnes enumerati sunt.

A 4 omnia (*BΔP*)] *om.* 5 et (*nΓΔP*)] vel 6 sed[1] (*u*)] *om.*

AbCbChCsGlReVc 2 ut[2] *om. AbCs* ut[3]] aut *ReVc* 3 ut[1] *om. Ab GlCsEba* modius] in modio *CsCh* aut[2] + in *CsCh* 3, 4 laguena *ReCbAbGlCs* : lagoena *Vc* 4 habere[1] + in *CsVa* in modio *Cs* : modium *Ch* 5 ut[2]] in *Vc* : *om. Cs* possessione *VcCh* et] vel *CsCha* 6 etiam + vir *LmVa* uxorem] -es *ReVcGlEb* 6-7 sed[2] — habere *om. Gl* 7-10 modus — sunt] *periit Cb* 8 habere *LmVa* : [*Cb*] 9 apparebunt quidam (-em *Vc*) *transp. Ab* : [*Cb*] 10 consuerunt *ReVcAbEb* : [*Cb*] numerati *VcFm* : [*Cb*] EXPLICIUNT CATHEGORIAE (+ ARISTOTELIS A BOETIO TRANSLATAE *Ab*) *AbGl* : ANICII. MANLII. SEVERINI. BOETII. V. C. EXC̄. ORDINARII. PATRICII. SUPER CACTHEGORIAS ARISTOTELIS. EXPLICIT AEDITIO FELICITER *Eb* : EXPLICIT LIBER PRAEDICAMENTORUM DECEM ARISTOTELIS PHILOSOPHI *ReVc* : *om. CsChLg* : [*Cb*].

3.

TRANSLATIO GUILLELMI DE MOERBEKA

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotatione translationis Guillelmi adhibitorum

I. LIBRI LATINI :

Ba = cod. Vaticanus, arch. Basil. H. 6 : saec. XIII
Pb = Toletanus, bibl. Capit. 47.11 : saec. XIII
Jm = Venetus, bibl. S. Marci, lat. VI.151 (2219) : saec. XIV
Jv = Venetus, bibl. S. Marci, lat. VI.152 (2562) : saec XIV
Vv = Vaticanus, bibl. apost., Vatic. lat. 2067 : saec. XIII-XIV

Rarius citantur :

Ef = cod. Erfordiensis, bibl. urb., Ampl. Fol. 34 : saec. XIV
Hc = Parisinus, bibl. nation., lat. 12955 : saec. XVI
Pv = Parisinus, bibl. nation., lat. 14714 : saec. XIII

II. LIBRI GRAECI ET TRANSLATIONES ANTIQUAE :

n = cod. Mediolanensis, bibl. Ambros. L.93 sup. : saec. IX
u = Basileensis, bibl. Univers. F.II.21 : saec. XI-XII
B = Venetus, bibl. S. Marci, gr. 201 : saec. X
C = Parisinus, bibl. nation., Coisl. 330 : saec. XI
A = translatio Boethii : saec. VI

Rarius citantur :

A = cod. Vaticanus, Urb. gr. 35
a = Romanus, bibl. Angel. C. 3.13
b = Romanus, bibl. Angel. C. 3.16
e = Florentinus, bibl. Laurent. 72.3
f = Venetus, bibl. S. Marci, App. IV.5
g = Florentinus, bibl. Laurent. 71.35
Pap. = papyrus Oxyrh. 2403 : saec. II
Γ = transl. Syra Georgii : saec. VII-VIII
Δ = Armenia : saec. V
I = Syra Iacobi : saec. VII
P = Syra Sergii : saec. VI
λ = Latina ***x*** (lectiones editionis compositae ***c*** a *A* differentes)
Ald. = editio Aldina anni MCDXCV
Pacius = editio Pacii a Beriga anni MDLXXXIV
o, *σ*, *ϕ* = commentaria Olympiodori, Simplicii, Philoponi

Quomodo particulae huius translationis in commentario Simplicii divisae et distributae sint e lemmatum editione (pp. 123-127) patet.

⟨PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS⟩

Bekker

[1] Equivoca dicuntur quorum nomen solum commune, que 1a1
vero secundum nomen ratio substantie altera, puta animal homo
et quod pingitur. Horum enim nomen solum commune, que
autem secundum nomen ratio substantie altera ; si enim assignet 1a5
quis quid est ipsorum utrilibet secundum animal esse, propriam
utriuslibet rationem assignabit.

Univoca autem dicuntur quorum nomen commune et que
secundum nomen ratio substantie eadem, puta animal homo
et bos. Horum enim utrumque communi nomine appellatur
animal, et ratio substantie eadem ; si enim assignet aliquis 1a10
utriusque rationem, quid est ipsorum utrique animal esse, eandem
assignabit rationem.

Denominativa autem dicuntur quecumque ab aliquo differentia
casu eam que secundum nomen appellationem habent, puta a
grammatica grammaticus et a virilitate virilis. 1a15

[2] Eorum que dicuntur hec quidem secundum complexionem
dicuntur, hec autem sine complexione. Que quidem igitur secun-
dum complexionem velut homo currit, homo vincit ; que autem
sine complexione velut homo, bos, currit, vincit.

Entium hec quidem de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto 1a20
autem nullo sunt, puta homo de subiecto quidem dicitur aliquo
homine, in subiecto autem nullo est ; hec autem in subiecto
quidem sunt, de subiecto autem nullo dicuntur (in subiecto autem
dico quod in aliquo non ut pars existens impossibile est esse 1a25
seorsum ab eo in quo est), velut quedam grammatica in subiecto
quidem est in anima, de subiecto autem nullo dicitur, et quoddam
album in subiecto quidem est in corpore (omnis enim color in

---

n 7 assignabit (*uBCΛ*)] ἀποδίδωσι 11 ratio (*C*, *Λ* ?)] + δὲ 13 assignabit (*uBCΛ*)] ἀποδίδωσι

BaJmJvPbVv *Titulum e commentarii translatione supplevi* 4 depingitur *PbEf* 13 assignavit *BaPbPv* : affiguravit *Vv*

corpore est), de subiecto autem nullo dicitur ; quedam autem
1b1 de subiecto dicuntur et in subiecto sunt, puta scientia in subiecto quidem est in anima, de subiecto autem dicitur de grammatica ; quedam vero neque in subiecto sunt neque de subiecto aliquo
1b5 dicuntur, puta aliquis homo aut aliquis equus ; nichil enim talium neque in subiecto est neque de subiecto aliquo dicitur. Simpliciter autem individua et unum numero de nullo quidem subiecto dicuntur, in subiecto autem quedam nichil prohibet esse ; quedam enim grammatica eorum que in subiecto quidem est, de subiecto autem nullo dicitur.

1b10 [3] Quando alterum de altero predicatur ut de subiecto, quecumque de predicato dicuntur, hec omnia et de subiecto dicentur, puta homo de aliquo homine predicatur, animal autem de homine;
1b15 igitur et de homine aliquo animal predicabitur ; homo enim aliquis et homo est et animal.

Alterorum generum et non sub invicem ordinatorum differentie sunt altere specie, puta animalis et scientie ; animalis quidem enim differentie campestre et bipes et volatile et aquatile, scientie
1b20 autem nulla horum ; non enim differt scientia a scientia eo quod bipes sit. Eorum autem que sub invicem generum nichil prohibet easdem esse differentias ; superiora enim de inferioribus generibus predicantur, quare quot sunt eius quod predicatur differentie, tot et eius quod subicitur erunt.

1b25 [4] Eorum que secundum nullam complexionem dicuntur unumquodque aut substantiam significat aut quantum aut quale aut ad aliquid aut ubi aut quando aut poni aut habere aut facere aut pati. Est autem substantia quidem, ut typo dicatur, velut homo, equus ; quantum autem velut bicubitum et tricubitum ;
2a1 quale autem velut album, grammaticum ; ad aliquid autem velut duplum, dimidium, maius ; ubi autem velut in foro, in Licio ; quando autem velut heri, anno priori ; poni autem velut reclinatur, sedet ; habere autem velut vestiri, armari ; facere autem

---

n 5 aut (*uA*)] καὶ 6 aliquo (*u*)] *om.* 7 quidem (*uC*)] *om.* 9-10 quidem — dicitur (*CAΓ*)] ἐστίν 12 hec omnia] πάντα : ταῦτα *u*, *P* ? 14 animal (*uBA*)] + ἄρα 16-17 differentie sunt] καὶ αἱ διαφοραὶ 18 et bipes (*uBA*)] *post* ἔννδρον 28 et] *om.* 30 in foro (*uBC*)] *post* Λυκείῳ

BaJmJvPbVv 11 predicetur *BaPbVv* 15 et²] ut *BaPb* 16 non *om. BaPb* 17 altere + et *JmVv* species *BaJmVv* 21 generibus *om. JmEfHcPv* 27 quidem *om. BaHc* 28 bicubiton *JmPbVv* et *om. BaJmPb* tricubiton *BaJmPbVv*

velut incidere, urere ; pati autem velut incidi, uri. Unumquodque autem dictorum ipsum quidem secundum se in nulla affirmatione vel negatione dicitur, ea autem que ad invicem horum complexione affirmatio vel negatio fit. Omnis enim affirmatio et negatio videtur aut vera aut falsa esse ; eorum autem que secundum nullam complexionem dicuntur nullum neque verum neque falsum est, puta homo, album, currit, vincit. 2a5 2a10

[5] Substantia autem est que propriissime et primo et maxime dicitur, que neque de subiecto aliquo dicitur neque in subiecto aliquo est, veluti quidam homo et quidam equus. Secunde autem substantie dicuntur species, in quibus speciebus que dicuntur prime substantie existunt, eademque et genera specierum harum, puta aliquis homo in specie quidem existit homine, genus autem speciei est animal ; secunde igitur hee dicuntur substantie, puta homo et animal. Manifestum autem ex dictis quod eorum que de subiecto dicuntur necessarium et nomen et rationem predicari de subiecto, puta homo de subiecto quidem dicitur quodam homine et predicatur nomen ; hominem enim de quodam homine predicabis. Et ratio autem hominis de quodam homine predicabitur ; quidam enim homo et homo est et animal. Quare et ratio et nomen de subiecto predicabuntur. Eorum autem que in subiecto sunt in plurimis quidem neque nomen neque ratio predicatur de subiecto ; in quibusdam autem nomen quidem nichil prohibet predicari de subiecto, rationem autem impossibile est, puta album in subiecto existens corpore predicatur de subiecto (album enim corpus dicitur), ratio autem albi numquam de corpore predicabitur. Alia vero omnia vel de subiectis dicuntur primis substantiis vel in subiectis ipsis sunt. Hoc autem manifestum ex consideratis per singula, puta animal de homine predicatur ; igitur et de quodam homine animal predicabitur ; si enim de nullo quorundam hominum, neque de homine universaliter. Rursum color in corpore ; ergo et in aliquo corpore ; si enim non 2a15 2a20 2a25 2a30 2a35 2b1

---

n 4 et (*BC*)] ἤ 11 species (*A*)] *om.* 17 quidem (*C*)] *om.* 18 enim (*uBCA*)] + καὶ 20 et animal (*uCA*)] *om.* 20-21 ratio et nomen (*a*)] τοὔνομα καὶ ὁ λόγος 21 predicabuntur (*uBCA*)] κατηγορεῖται 24 predicari (*uBA*)] + ποτε 30 animal (*uB*)] *om.* predicabitur (*uBA*)] *om.*

BaJmJvPbVv 4 et] vel *Jv* 10 aliquo *om. JmHcPv* 14 igitur + et *JmVv* 21 predicabitur *Vv*

in aliquo singularium, neque in corpore universaliter. Quare alia
2b5 omnia vel de subiectis dicuntur primis substantiis vel in subiectis ipsis sunt. Non existentibus igitur primis substantiis impossibile aliorum aliquid esse. Omnia enim alia vel de subiectis hiis dicuntur vel in subiectis ipsis sunt ; quare non existentibus primis substantiis impossibile est aliorum aliquid esse.

Secundarum autem substantiarum species est magis substantia genere ; propior enim prime substantie est. Si enim assignet quis primam substantiam quid est, notius et convenientius
2b10 assignabit speciem assignans magis quam genus, puta quendam hominem assignans notius utique assignabit hominem quam animal assignans ; hoc quidem enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem communius. Et hanc arborem assignans
2b15 notius assignabit arborem quam plantam assignans. Adhuc prime substantie quia aliis omnibus supponuntur et alia omnia de hiis predicantur aut in hiis sunt, propter hoc maxime substantie prime dicuntur. Sicut autem prime substantie ad alia omnia se habent, ita et species ad genus se habet ; supponitur enim species
2b20 generi ; genera quidem enim de speciebus predicantur, species autem de generibus non convertuntur. Quare et ex hiis species genere magis substantia est. Ipsarum autem specierum quecumque non sunt genera, nichil magis altera quam altera substantia est ; nichil enim convenientius assignabit de quodam homine
2b25 hominem quis assignans quam de quodam equo equum. Eodem autem modo et primarum substantiarum nichil magis altera quam altera substantia est ; nichil enim magis quidam homo substantia est quam quidam bos.

2b30 Merito autem post primas substantias sola aliorum genera et species secunde substantie dicuntur ; sola enim eorum que predicantur manifestant primam substantiam. Hominem enim quendam si assignet aliquis quid est, speciem quidem aut genus assignans convenienter assignabit et notius faciet hominem quam

---

n 11 assignabit (*uBCΛ*)] + καὶ οἰκειότερον 11-12 quam animal assignans (*B*)] ἀποδιδοὺς ἢ ζῷον 15 alia omnia (*u*)] πάντα τὰ ἄλλα 17 omnia (*BCΛ*)] *om.* 24 quis] *om.* 32 et (*uBCΛ*)] + γὰρ

BaJmJvPbVv 1 aliquod *BaJvPbVv* 1-2 omnia alia *transp. JmVv* 5 existentiis *JmVv* 8 propinquior *JvVv* : proprior (*sic*) *BaHcPv* : proprium *Jm* 10 speciem *bis scrips. VvPv* 12 enim] est *JmHcPv* 13 communis *BaJvPb* 23 homine quodam *transp. JmVv* 24 quodam *om. JmVv*

animal assignans ; aliorum autem quodcumque assignet quis, 2b35
aliene erit assignans, puta album vel currit vel aliud quodcumque
talium assignans. Quare merito hec sola substantia dicuntur.
Adhuc prime substantie quia aliis omnibus supponuntur propri-
5 issime substantie dicuntur. Sicut autem prime substantie ad 3a1
alia omnia se habent, ita et genera et species primarum substan-
tiarum ad reliqua omnia se habent ; de hiis enim reliqua omnia
predicantur ; hominem enim quendam dices grammaticum ;
igitur et animal et hominem dices grammaticum ; eodem autem 3a5
10 modo et in aliis.

Commune autem omnis substantie est non in subiecto esse.
Prima quidem enim substantia neque in subiecto est neque de
subiecto aliquo dicitur ; secundarum autem substantiarum mani- 3a10
festum quidem et ita quod nulla est in subiecto. Homo enim de
15 subiecto quidem dicitur quodam homine, in subiecto autem non
est ; non enim in quodam homine homo est. Eodem autem modo
et animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, non est
autem animal in quodam homine. Adhuc autem eorum que in 3a15
subiecto sunt nomen quidem nichil prohibet predicari quandoque
20 de subiecto, rationem autem impossibile est. Secundarum vero
substantiarum predicatur et ratio de subiecto et nomen ; hominis
enim rationem de quodam homine predicabis, et eam que animalis
similiter. Quare non utique erit substantia eorum que in subiecto. 3a20
Non est autem proprium hoc substantie ; sed et differentia est
25 eorum que non in subiecto ; gressivum enim et bipes de subiecto
quidem dicuntur homine, in subiecto autem non sunt ; non enim
in homine est bipes aut gressivum. Et ratio autem differentie 3a25
predicatur, de quocumque utique dicitur differentia, puta si
gressivum de homine dicitur, et ratio gressivi predicabitur de
30 homine ; gressivum enim est homo. Non turbent autem vos
partes substantiarum tamquam in subiectis totis sint, ne forte 3a30

---

n 2 aliud (*Ald.*)] *om.* 3 sola (λ)] + τῶν ἄλλων substantia] οὐσίαι 4 adhuc (*uBCΛ*)] + δὲ 6 et[1] (*Δ*)] *om.* genera et species (*CΛ*)] τὰ εἴδη καὶ τὰ γένη 12-13 in — dicitur (*uBC, sed* aliquo *om. omnes*)] καθ' ὑποκειμένου λέγεται οὔτε ἐν ὑποκειμένῳ ἐστίν 21 et nomen (*uBCΛ*)] τοὔνομα *ante* καὶ ὁ λόγος 23 similiter (*uBC*)] *om.* 26 quidem (*uBCΛ*)] *om.* 27 aut (*BC*)] οὐδὲ 30 vos (*u*)] ἡμᾶς (= *PbPv*)

BaJmJvPbVv 1 quodcumque *ex* que- *JmJv* 19 sunt *om. JmEfHcPv* 30 nos *PbPv, Ba* ?

cogamur non substantias dicere ipsas esse ; non enim ita que in subiecto dicebantur que ut partes insunt in aliquo.

Inest autem substantiis et differentiis omnia univoce ab ipsis
3a35 dici. Omnes enim que ab hiis predicationes vel de individuis predicantur vel de speciebus. A prima quidem enim substantia nulla est predicatio (de nullo enim subiecto dicitur), secundarum vero substantiarum species quidem de individuo predicatur,
3b1 genus autem et de specie et de individuo. Similiter autem et differentie de speciebus et de individuis. Et rationem autem suscipiunt prime substantie specierum et generum, et species
3b5 generis (quecumque enim de predicato dicuntur, omnia et de subiecto dicentur) ; similiter autem et differentiarum rationem suscipiunt species et individua ; univoca enim erant quorum et nomen commune et ratio eadem. Itaque omnia que a substantiis et differentiis univoce dicuntur.

3b10 Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare. In primis quidem igitur substantiis indubitabile et verum est quod hoc aliquid significant ; individuum enim et unum numero quod significatur est. In secundis autem substantiis videtur quidem similiter figura appellationis hoc aliquid significare, cum dicit
3b15 hominem vel animal, non tamen verum, sed magis quale quid significat (non enim unum est suppositum sicut prima substantia, sed de multis homo dicitur et animal) ; non simpliciter autem quale quid significat, sicut album ; nichil enim aliud significat
3b20 album quam quale. Species autem et genus circa substantiam quale determinant (qualem enim quandam substantiam significant). Ad plus autem genere quam specie determinationem faciunt ; qui enim animal dixerit plus comprehendit quam qui hominem.

3b25 Inest autem substantiis et nullum contrarium ipsis esse. Prime substantie quid utique erit contrarium ? Velut cuidam homini ; nichil enim est contrarium ; neque homini vel animali aliquid est contrarium. Non proprium autem hoc substantie, sed et in

---

n 8 et[1] (*uBA*)] *om.* 9 differentie (*BA*)] + καὶ individuis] + κατηγοροῦνται 10 species (*A*)] + δὲ 11 omnia (*AC*)] τοσαῦτα 13 enim] δέ γε 24 quid (*BC*)] *om.* 30 prime] + γὰρ 32 vel (*uBC*)] οὐδὲ

BaJmJvPbVv 3 ab] de *Jv* 5 enim *om. VvHv* 7 predicantur *Jv* 9 de[2] *om. JmHcPv* 13 et[2] *om. VvEfPv* 17 est *post* indubitabile *JmVv* 18 aliquid hoc *transp. EfHcPv* 20 similiter *om. JmVvEfHcPv* 26 qualem] -e *JmJvVv* 28 dixit *JmHcPv* 31 quid] quidem *JvHc* : qui quidem *Vv*

aliis multis, velut in quanto ; bicubito enim nichil est contrarium, neque ipsis decem, neque alicui talium, nisi quis multum pauco 3b30
dicat esse contrarium vel magnum parvo ; determinatorum autem quantorum nulli aliquid est contrarium.

Videtur autem substantia non suscipere magis et minus ; dico autem non quia substantia non sit magis substantia quam substantia (hoc quidem enim dictum est quia est), sed quia 3b35
unaqueque substantia hoc quod est non dicitur magis et minus ; puta, si est hec substantia homo, non est magis et minus homo, neque ipse se ipso neque alter altero. Neque enim est alter altero magis homo, sicut album est alterum altero magis album, et 4a1
bonum alterum altero magis et minus dicitur ; et ipsum autem se ipso magis et minus dicitur, velut corpus album existens magis album dicitur nunc quam prius, et calidum existens magis 4a5
calidum et minus dicitur ; substantia autem nichil magis et minus dicitur (neque enim homo magis nunc homo quam prius dicitur, neque aliorum nullum, quecumque substantia sunt) ; quare non utique suscipiet substantia magis et minus.

Maxime autem proprium substantie videtur esse quod eadem 4a10
et una numero existens contrariorum sit susceptiva, puta in aliorum quidem enim nullo utique habebit aliquis quod tale afferre, quecumque non sunt substantie, quod unum numero existens susceptivum sit contrariorum ; veluti color, qui est unus et idem numero, non erit albus et niger, neque actio eadem et una 4a15
numero non erit prava et studiosa ; similiter autem et in aliis, quecumque non sunt substantia. Substantia autem una et eadem numero existens susceptiva est contrariorum ; velut quidam homo, unum et idem existens, quandoque quidem albus, quandoque autem niger fit, et calidus et frigidus et pravus et studiosus. 4a20
In nullo autem aliorum videtur quod tale, nisi aliquis instet orationem et opinionem dicens esse contrariorum susceptiva ; eadem enim oratio vera et falsa videtur esse, velut si vera sit oratio sedere aliquem, surgente ipso falsa erit eadem hec ; similiter 4a25
autem et in opinione ; si enim aliquis vere opinetur sedere ali-

---

n 7 substantia (*CΛ*)] + καὶ ἧττον οὐσία 12 magis (*e*)] + καλὸν et minus dicitur (*uB*)] *om.* 17 nullum (*uBCΛ*)] + ἔσται 21 quod tale (*uA*)] *om.* 24 erit (*uBA*)] λέγεται 25 erit (*uBCΛ*)] ἔστι 33 hec (*uBΛ*)] *om.* 34 opinetur (*uBCΛ*)] δοξάξει

BaJmJvPbVv 9 hec *scripsi* : ex *codd.* 21 habebit utique *transp. Ba JvPb* 22 affirmare *JmEfHcPv* 24 una et eadem *transp. BaJm*

quem, surgente ipso falso opinabitur, eandem habens de ipso opinionem. Si autem aliquis hoc acceptet, sed modo differt ; que
4a30 quidem enim in substantiis ipsa transmutantia susceptiva sunt contrariorum (ex calido enim frigidum factum transmutatum est — alteratum est enim — et nigrum ex albo, et studiosum ex pravo ; similiter autem et in aliis unumquodque ipsum transmutationem recipiens contrariorum est susceptivum), oratio
4a35 autem et opinio ipsa quidem immobilia omnino penitus permanent, re autem mota contrarium circa ipsam fit ; oratio quidem
4b1 enim permanet eadem sedere quendam, re autem mota quandoque quidem vera, quandoque autem falsa fit ; similiter autem et in opinione. Quare secundum modum proprium utique erit substantie secundum sui transmutationem susceptivam contra-
4b5 riorum esse. Si autem aliquis et hec acceptet, opinionem et orationem susceptiva esse contrariorum, non est verum hoc ; oratio enim et opinio non eo quod ipsa susceperint aliquid dicuntur esse susceptiva contrariorum, sed eo quod circa alterum passio facta est. Eo enim quod res est vel non est, hoc et oratio
4b10 vera aut falsa esse dicitur, non eo quod ipsa sit susceptiva contrariorum. Simpliciter enim a nullo neque oratio movetur neque opinio, quare non utique erunt susceptiva contrariorum nulla in ipsis facta contraria passione. Substantia vero eo quod ipsa contraria suscipiat, hoc susceptiva contrariorum esse dicitur.
4b15 Egritudinem enim et sanitatem suscipit, et albedinem et nigredinem ; et unumquodque talium ipsa suscipiens contrariorum esse dicitur susceptiva. Quare proprium utique erit substantie idem et unum numero ens secundum sui transmutationem susceptivam esse contrariorum. Et de substantia quidem tanta dicta sint.

4b20 [6] Quanti autem hoc quidem est distinctum, hoc autem continuum ; et hoc quidem ex positionem habentibus ad invicem

---

n 1 falso (*uBCΛ*)] + ὁ αὐτὸς οὗτος opinabitur (*uBCΛ*)] δοξάζει 7 contrariorum (*uBCΛ*)] τοῦ ἐναντίου 11 fit (*ΛΓΙΔ*)] λέγεται 14 autem (*u*)] δὴ et (*uBCΛ*) *om.* 15 orationem (*BCΛ*)] + φάσκειν est (*uA*)] + δὲ 17 alterum] + τι 19 aut falsa (*uBCΛ*)] *om.* 20 contrariorum (*uBCΛ*)] τοῦ ἐναντίου oratio (*Pacius*)] + οὐδὲν 22 contraria] *om.* passione (*uBCλ*)] *om.* 23 esse (*uBCλ*)] *om.*

BaJmJvPbVv 6 ipsam *JmVv* 15 susceptivam *JmHcPv* 18 hec *JvPbVv, Jm?* 23 hec *JmPb* dicitur esse *transp. JmVv*

hiis que in ipsis partibus consistit, hoc autem non ex habentibus positionem. Est autem distinctum quidem velut numerus et sermo, continuum autem velut linea, superficies, corpus, adhuc autem preter hec tempus et locus. Partium quidem enim numeri 4b25
nullus est communis terminus, ad quem copulentur partes ipsius ; velut quinque si sunt pars decem, ad nullum communem terminum copulantur quinque et quinque, sed distincta sunt ; et tria et septem ad nullum communem terminum copulantur ; neque universaliter utique habebis in numero accipere commu- 4b30
nem terminum partium, sed semper distinctus est ; quare numerus quidem distinctorum est. Similiter autem et sermo distinctorum est (quod quidem enim quantum sit sermo, manifestum est ; mensuratur enim sillaba brevi et longa ; dico autem ipsum 4b35
sermonem qui cum voce fit) ; ad nullum enim communem terminum ipsius partes copulantur ; non enim est communis terminus ad quem sillabe copulentur, sed quelibet distincta est ipsa secundum se ipsam. Linea autem continuum est ; est enim acci- 5a1
pere communem terminum ad quem partes ipsius copulantur, punctum ; et superficiei lineam (plani enim partes ad quendam communem terminum copulantur). Similiter autem et in corpore habebis utique accipere communem terminum, lineam et superfi- 5a5
ciem, ad quem corporis partes copulantur. Est autem et tempus et locus talium ; quod enim nunc tempus copulat ad preteritum et ad futurum. Iterum locus continuorum est; locum enim quendam corporis partes optinent, que ad quendam communem 5a10
terminum copulantur, ad quem et loci partes ; quare continuum utique erit et locus ; ad unum enim communem terminum ipsius partes copulantur.

Adhuc hec quidem ex habentibus positionem ad invicem earum 5a15
que in ipsis partium consistunt, hec autem non ex habentibus positionem, puta partes quidem linee positionem habent ad invicem (quelibet enim ipsarum iacet alicubi, et habebis utique percipere et assignare ubi quelibet iacet in plano et ad quam 5a20
partem reliquarum copulatur) ; similiter autem et partes plani

---

n 2 velut (*uBCΛ*)] *om.* 3 velut (*CΛ*)] *om.* 7 sed (*uBCΛ*)] + *ἀεὶ* 13 brevi et longa (*uBλ*)] *μακρᾷ καὶ βραχείᾳ* 21 et] *ἢ* 22 quem (*CΛ*)] *ἣν* 26 copulantur] + *οὐκοῦν — συνάπτει* (5a10-12)

BaJmJvPbVv 6 sint *BaPb* 9 habebit *JmJv* 21 habebit *JmJv* 32 enim *scripsi* : que *codd.* alicui *BaJvPb* 34 copulantur *JmJvVv*

positionem quandam habent (similiter enim utique assignabitur ubi quelibet iacet, et que copulantur ad invicem). Similiter autem et que solidi et que loci. In numero autem non habebit
5a25 utique aliquis ostendere quod partes ipsius positionem aliquam habeant ad invicem vel iaceant alicubi, vel que copulentur ad invicem partium ; neque que temporis ; nulla enim partium temporis subsistit ; quod autem non est permanens, quomodo utique hoc positionem aliquam habebit ? Sed magis ordinem quendam dices utique habere eo quod hoc quidem sit prius
5a30 temporis, hoc autem posterius. Et in numero autem similiter eo quod prius numeratur unum quam duo et duo quam tria ; et ita ordinem utique quendam habebit, positionem autem omnino non accipias utique. Et sermo autem similiter ; nulla enim partium ipsius subsistit, sed dicta est et non est adhuc hanc
5a35 accipere, quare non utique erit positio partium ipsius, si nulla subsistit. Hec quidem igitur ex habentibus positionem ad invicem earum que in ipsis partium consistunt, hec autem non ex habentibus positionem.

Proprie autem quanta hec sola dicuntur que dicta sunt, alia
5b1 autem omnia secundum accidens ; ad hec enim respicientes et alia quanta dicimus, puta multum album dicimus eo quod superficies multa sit, et actionem longam, eo quod tempus multum sit, et motus multus, non enim secundum se unumquodque horum quantum dicitur ; velut si assignet aliquis quanta quedam
5b5 actio sit, tempore determinabit, annuam vel ita aliqualiter assignans, et album quantum aliquid assignans superficie determinabit (quanta enim utique superficies fuerit, tantum et album dicunt esse) ; quare sola proprie et secundum se quanta dicuntur
5b10 hec ; aliorum autem nullum ipsum secundum se, sed aut forte secundum accidens.

Adhuc quanto nichil est contrarium (in determinatis quidem enim manifestum quod nichil est contrarium, velut bicubito vel

---

n 4 ostendere (*uBC*)] ἐπιβλέψας ipsius (*uBλ*)] *om.* 8 habebit (*uBCΛ*)] + τῶν μορίων 16-17 ad invicem (*Λ*) *et* que in ipsis (*λ*)] *om.* 21 dicimus] λέγεται 28 dicunt] φησιν 29 hec] τὰ εἰρημένα aut (*uB*)] εἰ 32 nichil (*uBCΛ*)] + οὐδενὶ

BaJmJvPbVv 1 enim *scripsi* : -que *BaJvPbVv* : neque *JmEfPv* : nec *post* utique *Hc* 9 hec *BaVv* 12 quendam utique *transp. JmEfHcPv* 14 dicta] differentia *JmHcPv* 16 hoc *JmJv* 20 hoc *JvHcPv, Vv* ? 21 superficiem *JmVv* 28 quanta *om. BaHc* 29 secundum] per *JmJv*

tricubito vel superficiei vel alicui talium — nichil enim ipsorum est contrarium), nisi forte multum pauco dicat quis contrarium 5b15
vel parvo magnum. Horum autem nullum est quantum sed magis ad aliquid ; nichil enim ipsum secundum se magnum
5 dicitur aut parvum, sed in referri ad alterum, velut mons quidem parvus dicitur, milium autem magnum eo quod hoc quidem sit maius homogeneis, hoc autem minus homogeneis ; igitur ad 5b20
alterum est relatio, quoniam si secundum se parvum aut magnum diceretur, numquam utique mons quidem parvus diceretur,
10 milium autem magnum. Rursum in vico quidem dicimus multos homines esse, in Athenis autem paucos quamvis sint multo plures ipsis, et in domo quidem multos, in theatro autem paucos 5b25
quamvis sint ipsis multo plures. Adhuc bicubitum quidem et tricubitum et unumquodque talium quantum significant,
15 magnum autem vel parvum non significant quantum sed magis ad aliquid ; ad alterum enim considerantur magnum et parvum ; quare manifestum quod hec sunt eorum que ad aliquid. Adhuc 5b30
sive aliquis ponat hec esse quanta sive non ponat, non est ipsis contrarium nichil ; quod enim non est ipsum secundum se accipere
20 sed ad alterum refertur, quomodo utique erit huic aliquid contrarium ? Adhuc autem, si magnum et parvum sunt contraria, accidet idem simul contraria suscipere et ipsa autem sibi ipsis 5b35
contraria esse. Accidit enim simul idem magnum et parvum esse (est enim ad hoc quidem parvum, ad alterum autem idem hoc
25 magnum) ; quare idem et magnum et parvum secundum idem tempus esse accidit, ut simul contraria suscipiat ; sed nichil 6a1
videtur simul contraria suscipere, velut in substantia, susceptiva quidem contrariorum videtur esse, non tamen simul aliquid languet et valet, neque simul album et nigrum est ; sed neque
30 aliorum aliquid simul contraria suscipit. Et ipsa autem sibi ipsis 6a5
accidit esse contraria ; si enim magnum parvo contrarium est, idem autem est simul magnum et parvum, ipsum sibi ipsi erit utique contrarium ; sed impossibilium est aliquid ipsum sibi ipsi esse contrarium. Non est ergo magnum parvo contrarium, neque

---

n 2 forte (*A*)] *om.* quis] + *εἶναι* 4 magis (*uΔPλ*)] *om.* 5 in referri (*BCΔP*)] *ἀναφέρεται* 8 parvum aut magnum (*uBCΛ*)] *μέγα ἢ μικρόν* 13 ipsis] *om.* 20 refertur (*u, λΓ ?*)] *ἀναφέροντα* 22 autem (*φ*)] *om.* 23 idem (*e, Λ ?*)] + *ποτε* 29 languet (*uBCΔΓPI*)] + *τις* sed (*BCIP*)] *om.*

BaJmJvPbVv 8 si *om. JmJv* 30-31 accidit sibi ipsis *transp. BaJv* 34 ergo est *transp. JmEfHc* : est *Jv*

6a10 multum pauco ; quare et si non eorum que ad aliquid ipsa quis dicat sed quanti nichil contrarium habebunt.

Maxime autem contrarietas quanti circa locum videtur existere. Sursum enim ipsi deorsum contrarium ponunt, eam que ad
6a15 medium regionem deorsum dicentes propter plurimam distantiam medio ad ultima mundi esse. Videntur autem et aliorum contrariorum diffinitionem ab hiis inferre ; nam plurimum ab invicem distantia in eodem genere contraria diffiniunt.

6a20 Non videtur autem quantum suscipere magis et minus, velut bicubitum (non enim est alterum altero magis bicubitum) ; neque in numero, velut tria ipsis quinque nichil magis tria dicuntur vel quinque, neque tria tribus ; neque in tempore (neque enim tempus alterum altero magis dicitur tempus) ; neque totaliter in aliquo dictorum magis et minus dicitur.

6a26 Proprium autem maxime quanti equale et inequale dici. Unumquodque enim dictorum quantorum et equale et inequale dicitur, velut corpus et equale et inequale dicitur, et numerus et tempus
6a30 et equalis et inequalis dicitur ; similiter autem et in aliis dictorum unumquodque equale et inequale dicitur. Reliquorum autem quecumque non sunt quanta, non valde utique videbuntur equale et inequale dici, velut dispositio non valde equalis et inequalis dicitur, sed magis similis et dissimilis, et album non valde equale et inequale dicitur, sed magis simile et dissimile.
6a35 Quare quanti maxime utique erit proprium equale et inequale dici.

[7] Ad aliquid autem talia dicuntur, quecumque ipsa quod sunt aliorum esse dicuntur vel quomodocumque aliter ad alterum, puta maius hoc quod est alterius dicitur (aliquo enim maius dicitur), et duplum hoc quod est alterius dicitur (alicuius enim
6b1 dicitur duplum) ; similiter autem et quecumque alia talia. Sunt autem et talia eorum que ad aliquid, puta habitus, dispositio,

---

n 1 ipsa] ταῦτα 3 existere (*uBC*)] εἶναι 4 ipsi (*uBCΛ*)] πρὸς τὸ 12 in — enim] *om.* 14 dicitur] + ὥστε — ἧττον (6a24-25) 17 numerus (*u*)] + καὶ ἴσος καὶ ἄνισος λέγεται 20 quanta (*uBC, λ* ?)] ποσόν 21 non valde (*BC*)] *post* ἄνισον 22 et dissimilis (*abu*²*ΔΓ*)] *om.* 23 dicitur (*CP*)] *om.* magis (*Pacius*)] *om.* et dissimile (*Ald.*)] *om.*

BaJmJvPbVv 17 dicitur *om. JmHcPv* 18 equale et inequale *Jm* : -es et -es *Vv* 28 maius²] magis *BaJvPb* 31 habitus + et *BaPb* (*expunxit Ba*)

sensus, scientia, positio. Omnia enim dicta hec quod sunt aliorum esse dicuntur et non aliud aliquid ; habitus enim alicuius habitus 6b5
dicitur, et scientia alicuius scientia, et positio alicuius positio, et alia autem similiter. Ad aliquid igitur sunt quecumque ipsa
5 quod sunt aliorum esse dicuntur, vel qualitercumque aliter ad alterum, velut mons magnus dicitur ad alterum (ad aliquid enim magnus dicitur mons), et simile autem alicui simile dicitur, 6b10
et alia autem talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem et reclinatio et statio et sessio positiones quedam, positio autem
10 eorum que ad aliquid ; reclinari autem vel stare vel sedere ipsa quidem non sunt positiones, denominative autem a dictis positionibus dicuntur.

Existit autem et contrarietas in ipsis ad aliquid, velut virtuti 6b15
malitia contrarium, utrumque ipsorum ad aliquid existens, et
15 scientia ignorantie. Non omnibus autem ad aliquid inest contrarietas ; duplo enim nichil est contrarium, neque triplo, neque talium nulli. Videntur autem et magis et minus suscipere ipsa ad 6b20
aliquid ; simile enim et dissimile magis et minus dicuntur, et equale et inequale magis et minus dicuntur, utrumque ipsorum
20 ad aliquid existens (simile enim alicui simile dicitur et dissimile alicui dissimile). Non omnia autem ad aliquid suscipiunt magis 6b25
et minus ; duplum enim non dicitur magis et minus duplum, neque talium nullum.

Omnia autem ad aliquid ad convertentia dicuntur ; servus enim
25 domini dicitur servus et dominus servi dicitur dominus, et duplum 6b30
dimidii duplum et dimidium dupli dimidium, et maius minoris maius et minus maioris minus ; similiter autem et in aliis, verumptamen casu aliquando differet secundum dictionem, puta scientia scibilis dicitur scientia et scibile scientia scibile, et sensus sensi- 6b35
30 bilis sensus et sensibile sensu sensibile. At vero aliquando non videbitur converti, si non convenienter ad quod dicitur assigna-

---

n 1 hec (*uBC*)] τοῦθ' 2 esse (*uBcΔ*)] *om.* 5 esse (*uBC*)] *om.* 6 alterum² (*uBC*)] + ὅρος 7 autem] *om.* 13-14 virtuti malitia (*CI*)] ἀρετὴ κακίᾳ 15 contrarietas (*n²*, *Pacius* (*σ*))] ἐναντία 18 et dissimile (*uBC*)] *om.* 19 equale et (*uBC*)] *om.* inequale (*uBCΛ*)] ἀνισαίτερον 20-21 dissimile alicui dissimile (*AC*)] τὰ ἀνισαίτερα ἑτέρων τινῶν ἀνίσων ἀνισαίτερα 21 ad aliquid (*uCAΔλ*)] *om.* 24 enim] οἷον

BaJmJvPbVv 1 hoc *BaPbVv* 14 utrum *BaVv* 22 minus et magis *transp. JvPbVv* 24 convertentiam *BaJmPbVv* : 26 dimidii] dicitur dimidii *Ba* : dimidii dicitur *JmVv*

tum fuerit, sed peccaverit assignans, velut ala si assignetur avis,
7a1 non convertitur avis ale ; non enim convenienter assignatum fuit
quod primum ala avis ; non enim qua avis, hac ala ipsius dicitur,
sed qua alatum est ; multorum enim et aliorum ale sunt, que non
sunt aves ; quare si assignetur convenienter, et convertitur,
7a5 puta ala alati ala et alatum ala alatum. Quandoque autem
et nomina fingere forte necessarium, si non positum sit
nomen ad quod convenienter utique assignabitur ; velut guber-
naculum navis si assignetur, non est conveniens assignatio (non
enim qua navis, hac ipsius gubernaculum dicitur ; est enim navis
7a10 cui non est gubernaculum) ; propter quod et non convertitur ;
navis enim non dicitur gubernaculi navis. Sed forte convenientior
utique assignatio erit, si ita aliquo modo assignetur, guberna-
culum gubernaculati gubernaculum, vel quomodocumque aliter
(nomen enim non iacet) ; et convertitur, si convenienter assigne-
7a15 tur (gubernaculatum enim gubernaculo gubernaculatum). Simi-
liter autem et in aliis, puta caput convenientius utique assignabi-
tur capitati caput quam animalis assignatum ; non enim qua
animal caput habet (multa enim animalium caput non habent).
Sic autem facillime utique aliquis forte sumet quibus non iacet
7a20 nomen, si a primis imposuerit nomina hiis ad que convertuntur,
sicut in predictis ab ala alatum et a gubernaculo gubernaculatum.
Omnia igitur ad aliquid, si convenienter assignentur, ad conver-
tentia dicuntur, quoniam si ad contingens assignentur et non ad
7a25 ipsum ad quod dicuntur, non convertuntur. Dico autem ut neque
eorum que dicuntur confesse ad convertentia, et nominibus
ipsis positis, nichil convertitur, si ad aliquid accidentium assigne-
tur et non ad ipsum ad quod dicitur ; puta servus si non domini
7a30 assignetur servus sed hominis vel bipedis vel quodcumque talium,
non convertitur (non enim conveniens assignatio). Adhuc, si
quidem convenienter assignatum fuerit ad quod dicitur, omnibus
circumscriptis aliis quecumque accidentia sunt, derelicto autem
hoc solo ad quod assignatum est convenienter, semper ad ipsum
7a35 dicetur ; puta si servus ad dominum dicitur, circumscriptis aliis

---

n 9 est (*Δ*, *Λ*?)] *om.* 10-11 navis cui] πλοῖα ὧν 18 caput (*Ald.*)] *om.* 21 nomen (*Λ*)] ὀνόματα que (*uBΛ*)] αὐτὰ 25 ad] *om.* 28 non[1] (*uBCΛ*)] + ἢ (*sic*) ipsum ad quod (αὐτὸ ὃ *uBC*)] αὐτὰ ἃ 34 aliis (*CΔ*)] ἁπάντων : τῶν ἄλλων ἁπάντων *uB*

BaJmJvPbVv 10 hac + est *JmVv* 15 si + non *JmPv* 18 animal *JvVv* 27 ipsis] propriis *JmVv*

quecumque accidentia sunt domino, velut quod bipes est et quod scientie susceptivus et quod homo, relicto autem solo hoc quod dominus est, semper servus ad ipsum dicetur ; servus enim domini dicitur servus. Si autem non convenienter assignetur 7b1
ad quodcumque dicitur, circumscriptis aliis et derelicto solo eo ad quod assignatum est, non dicetur ad ipsum ; assignetur enim servus hominis et ala avis, et circumscribatur ab homine dominum 7b5
esse ipsum ; non enim adhuc servus ad hominem dicetur (non existente enim domino, neque servus dicetur vel erit) ; similiter autem et ab ave circumscribatur alatum esse ; non enim adhuc erit ala eorum que ad aliquid (non existente enim alato neque ala erit alicuius). Quare oportet quidem assignare ad quodcumque 7b10
convenienter dicitur ; et si quidem sit nomen impositum, facilis assignatio fit ; non existente autem necessarium forte nomen fingere. Sic autem assignatis, manifestum quod omnia ad aliquid ad convertentia dicentur.

Videntur autem que ad aliquid simul natura esse. Et in pluri- 7b15
mis quidem verum est ; simul enim duplum est et dimidium, et dimidio existente duplum est, et servo existente dominus est, et domino existente servus est ; similiter autem hiis et alia. Et cointerimunt hec invicem ; non existente enim duplo non est 7b20
dimidium, et dimidio non existente non est duplum ; similiter autem et in aliis quecumque talia. Non autem in omnibus ad aliquid videtur verum quod simul natura sint ; scibile enim videbitur utique esse prius scientia ; sicut enim in pluribus preexistentibus rebus scientias accipimus ; in paucis enim vel in 7b25
nullo videbit utique aliquis simul cum scibili scientiam factam. Adhuc scibile quidem interemptum cointerimit scientiam, scientia autem scibile non cointerimit ; scibili quidem enim non existente non est scientia (nullius enim adhuc erit scientia), scientia autem non existente nichil prohibet scibile esse ; puta et 7b30
circuli quadratura siquidem scibile est, scientia quidem enim ipsius nondum est, scibile autem est. Adhuc animali quidem

---

n 1 et (*BCΛ*)] *om.* 2 et (*uBCΛ*)] *om.* 5 circumscriptis (*ΔΛΓΙΡ*)] + μὲν et] δὲ 9 dicetur vel erit] ἔσται *aI* : ἐστιν 18 dimidium (*uBCΛ*)] + ἐστι 20 et¹ — est (*uBCP*)] *om.* 21 cointerimunt] + δὲ : + γε *e* 32 enim (*Δ*, *qui tamen om.* quidem)] *om.* 33 nondum] + αὐτὸ

- *BaJmJvPbVv* : 11 ala neque *transp. JmVv* 20 autem + et *JmPv* 23 autem¹ + habet *BaJmVv*, *Pb* (*marg.*) 28 cointerimimus (*sic*) *JmVv*

interempto non erit scientia, scibilium autem multa contingit
7b35 esse. Similiter autem hiis et que in sensu se habent ; sensibile
enim videtur esse prius sensu ; sensibile quidem enim interemptum cointerimit sensum, sensus autem sensibile non cointerimit. Sensus enim circa corpus et in corpore sunt, sensibili autem
8a1 interempto interemptum est et corpus (sensibilium enim et corpus est), corpore autem non existente interemptus est et sensus, quare sensibile cointerimit sensum. Sensus autem sensibile non, animali enim interempto sensus quidem interemptus
8a5 est, sensibile autem erit, puta corpus, calidum, dulce, amarum,
et alia omnia quecumque sunt sensibilia. Adhuc sensus quidem simul cum sensitivo fit (simul enim animal fit et sensus) ; sensibile autem est et ante quam animal vel sensus sit (ignis enim et aqua et
8a10 talia, ex quibus animal consistit, sunt et ante quam animal omnino sit vel sensus) ; quare prius utique sensu sensibile esse videbitur.

Habet autem dubitationem utrum nulla substantia eorum que ad aliquid dicitur, sicut videtur, aut hoc contingit secundum ali-
8a15 quas secundarum substantiarum. In primis quidem enim substantiis verum est ; neque enim tota neque partes dicuntur ad aliquid ; quidam enim homo non dicitur alicui quidam homo, neque quidam bos alicuius quidam bos. Similiter autem et partes ; quedam enim manus non dicitur alicuius quedam manus sed
8a20 alicuius manus, et quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput sed alicuius caput. Similiter autem et in secundis substantiis in plurimis ; puta homo non dicitur alicuius homo, neque bos alicuius bos, neque lignum alicuius lignum, sed alicuius possessio
8a25 dicitur. In talibus quidem igitur manifestum quod non sunt eorum que ad aliquid ; in quibusdam vero secundis substantiis habet dubitationem, puta si caput alicuius dicitur caput et manus alicuius dicitur manus et unumquodque talium ; quare hec eorum que ad aliquid videbuntur utique esse. Si quidem sufficienter eorum que ad aliquid determinatio assignata est, aut
8a30 valde difficilium aut impossibilium est ostendere quomodo nulla

---

n 1 erit (*uBC*)] ἔστιν 9-10 interemptus est (*BA*)] ἀναιρεῖται 13 animal vel (*AC*)] *om.* 14 quibus (*uCΓΙ*) + καὶ 21 alicui] τινός 30 si (*C*)] *om.* 32 quidem] + οὖν 34 ostendere (*uBC*)] λῦσαι : λῦσαι ἢ δεῖξαι *P*

BaJmJvPbVv 1 cointerempto *JmVv* 13 sit] fit *Vv* : *om. Jv* 18 dicitur *om. JmJvPv* 32 aliquid + dicuntur *Jv*

substantia eorum que ad aliquid dicitur ; si autem non sufficienter, sed sunt ipsa ad aliquid quibus esse idem est cum hoc quod est ad aliquid aliquo modo se habere, forte utique dicetur aliquid ad ipsa. Prior autem diffinitio assequitur quidem omnibus ad aliquid, non tamen hoc est ad aliquid ipsis esse ipsa 8a35
quod sunt dici aliorum esse. Ex hiis itaque palam est quod si aliquis sciat aliquid determinate eorum que ad aliquid, et illud ad quod dicitur determinate sciet. Manifestum quidem igitur et ex ipsis est ; si enim novit aliquis hoc aliquid quod eorum que ad aliquid sit, est autem esse hiis que ad aliquid idem cum hoc quod est ad aliquid aliquo modo se habere, et illud novit ad quod 8b1
hoc aliquo modo se habet ; si enim non novit omnino ad quod hoc aliquo modo se habet, neque si ad aliquid aliquo modo se habet sciet. Et in singularibus autem palam quod tale, puta hoc aliquid si novit determinate quia est duplum, et cuius duplum 8b5
est mox determinate novit (si enim nullius determinatorum novit ipsum duplum, neque si est duplum omnino novit) ; similiter autem et hoc aliquid si novit quia pulcrius est, et cuius pulcrius est determinate necessarium scire propter hoc (non indeterminate autem sciet quia hoc est deterioris pulcrius ; 8b10
existimatio enim quod tale fit, non scientia ; non adhuc enim sciet certitudinaliter quia est deteriori pulcrius ; si enim ita contingit, nichil est deterius ipso) ; quare manifestum quod necessarium est, quodcumque sciverit aliquis eorum que ad aliquid determinate, et illud ad quod dicitur determinate scire. 8b15
Caput autem et manum et unumquodque talium, que sunt substantie, ipsa quidem quod sunt determinate est scire, ad que autem dicuntur, non necessarium ; cuius enim hoc caput vel cuius manus, non est scire determinate ; quare non utique erunt hec eorum que ad aliquid ; si autem non sunt eorum que ad 8b20
aliquid, verum utique erit dicere quod nulla substantia est eorum que ad aliquid. Forte autem difficile de talibus valde enunciare eum qui non sepe consideravit de ipsis ; dubitasse tamen de unoquoque ipsorum non inutile est.

[8] Qualitatem autem dico secundum quam quales quidam 8b25

---

n 6 esse] *om.* itaque (*BA*)] δὲ 9 ipsis] (*uBCP*)] αὐτοῦ 20 sciet (*uBCλ*)] *om.* 27 ipsa (*Ald.*)] αὐτὸ 33 de ipsis] *om.*

BaJmJvPbVv 25 determinate — dicitur *om. JmVv*

dicuntur. Est autem qualitas eorum que multipliciter dicuntur. Una quidem igitur species qualitatis habitus et dispositio dicantur. Differt autem habitus a dispositione eo quod permanentior et diuturnior sit ; tales autem scientie et virtutes ; scientia enim
8b30 videtur admanentium esse et difficile mobilium, et si mediocriter scientiam quis accipiat, nisi magna transmutatio fiat ab egritudine vel alio aliquo tali ; similiter autem et virtus, velut iustitia et temperantia et unumquodque talium, non facile mobile videtur
8b35 esse neque facile transmutabile. Dispositiones autem dicuntur que sunt facile mobilia et cito transmutabilia, velut caliditas et frigiditas et egritudo et sanitas et quecumque alia talia ; disponitur quidem enim aliqualiter secundum has homo, cito autem transmutatur ex calido frigidus factus et ex valere in infirmari ;
9a1 similiter autem et in aliis, nisi aliqua ipsarum harum egritudinum existat propter multitudinem temporis iam naturalis facta et insanabilis vel omnino difficile mobilis existens, quam utique aliquis ut habitum iam appellabit. Manifestum autem quod
9a5 hec volunt dicere habitus, que sunt diuturniora et difficilius mobilia ; non valde enim optinentes scientias sed facile mobiles existentes non aiunt habitum habere, quamvis disponantur aliqualiter secundum scientiam vel deterius vel melius. Quare differt habitus a dispositione eo quod hec quidem facile mobilis
9a10 sit, hic autem diuturnior et difficilius mobilis. Sunt autem habitus quidem et dispositiones, dispositiones autem non ex necessitate habitus ; habentes quidem enim habitus et disponuntur aliqualiter secundum ipsos, dispositi autem non semper et habitus habent.

Alterum autem genus qualitatis secundum quod pugiles vel
9a15 cursores vel salubres vel egritudinales dicimus, et simpliciter quecumque secundum potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur. Non enim in disponi aliqualiter unumquodque talium dicitur quale, sed magis in potentiam habere naturalem vel impotentiam faciendi aliquid de facili vel nichil patiendi ; puta

---

n 14 aliqua] + καὶ egritudinum *om.* 16 insanabilis (*uBCA*)] ἀκίνητος 32 quale (*A*, *o*)] *om.* magis] *om.* vel (*BCΔ*, *Arab.*)] *om.* 33 impotentiam (*B*, *Arab.*)] *om.*

BaJmJvPbVv 4 autem] sunt (*exp.*) autem *Ba* : autem sunt *Jm* 17 appellavit *BaJvPbVv* 29 salubriores *Jv* 32 in potentiam] impotentiam *vel* inpotentiam *codd.*

pugiles vel cursivi dicuntur non in disponi aliqualiter sed in 9a20
habendo potentiam naturalem faciendi aliquid de facili, salubres
autem dicuntur in habendo potentiam naturalem nichil patiendi
a contingentibus de facili, egritudinales autem in habendo
impotentiam nichil patiendi. Similiter autem hiis durum et molle 9a25
se habent ; durum quidem enim dicitur in habendo potentiam
ut non de facili dividatur, molle autem in habendo impotentiam
eiusdem huius.

Tertium autem genus qualitatis passive qualitates et passiones.
Sunt autem talia puta dulcedo et stipticitas et omnia hiis cognata, 9a30
adhuc autem caliditas et frigiditas et albedo et nigredo. Quod
quidem igitur hee qualitates sint, manifestum est ; que enim
susceperint ipsas qualia dicuntur secundum ipsas, velut mel eo
quod dulcedinem susceperit dicitur dulce et corpus album eo
quod albedinem susceperit ; similiter autem et in aliis. Passive 9a35
autem qualitates dicuntur non eo quod ipsa que susceperint
qualitates passa sint aliquid ; neque enim mel eo quod passum 9b1
sit aliquid dicitur dulce, neque aliorum talium nullum ; similiter
autem hiis et caliditas et frigiditas passive qualitates dicuntur,
non eo quod ipsa que susceperint passa sint aliquid, eo autem 9b5
quod secundum sensus quelibet dictarum qualitatum sit factiva
passionis passive qualitates dicuntur ; dulcedo enim passionem
quandam penes gustum efficit et caliditas penes tactum ; simi-
liter autem et alia. Albedo autem et nigredo et alii colores non 9b10
eodem modo dictis passive qualitates dicuntur, sed eo quod ipse a
passione facte sint. Quod quidem igitur propter passionem fiunt
multe transmutationes colorum, palam ; verecundatus enim
aliquis rubicundus factus est, et territus pallidus, et unumquodque
talium ; quare et si aliquis natura aliquam talium passionum 9b15
passus est ex aliquibus naturalibus sintomatibus, similem colorem
verisimile est ipsum habere ; que enim nunc in verecundari
dispositio eorum que circa corpus facta est, et secundum naturalem
consistentiam eadem dispositio fiet utique, ut et natura similis
color fiat. Quecumque quidem igitur talium sintomatum a qui- 9b20
busdam passionibus difficile mobilibus et permansivis principium

---

n 5 patiendi (*ΛΔΓΙ*)] + *ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων* : + *ῥᾳδίως B* : + *ὑπὸ τῶν τυχόντων C* hiis] + *καὶ* 10 dulcedo (*Γ, Vatic.* 238)] + *καὶ πικρότης* 13 ipsas (*e* : *αὐτὰ uΛ*)] *om.* 15 autem (*uBCΛ*) *om.* aliis (*C*)] + *ἔχει* 19 qualitates (*uBCλ*)] *om.* 30 ex — sintomatibus (*uBC*)] *συμπτωμάτων ἢ* (*ante παθῶν*)

sumpserunt, passive qualitates dicuntur ; sive enim in ea que secundum naturam consistentia pallor vel nigredo fuerit, qualitas dicitur (quales enim secundum ipsas dicimur), sive propter
9b25 egritudinem longam vel propter estum idem hoc accidat pallor vel nigredo, et non de facili desistant vel per vitam remaneant, 5 qualitates et hee dicuntur (similiter enim quales secundum ipsas dicimur). Quecumque autem a facile solubilibus et cito desistentibus fiunt, passiones dicuntur, qualitates autem non ; non enim
9b30 dicuntur quales quidam secundum ipsam ; neque enim rubicundus propter verecundari rubeus dicitur, neque pallefactus propter 10 timorem pallidus, sed magis eo quod passus sit aliquid ; quare passiones quidem talia dicuntur, qualitates autem non. Similiter autem hiis et que secundum animam passive qualitates et pas-
9b35 siones dicuntur. Quaecumque enim in generatione mox ab aliquibus passionibus difficile mobilibus fiunt, qualitates et hee di- 15
10a1 cuntur, velut maniaca extasis et ira ; quales enim secundum ipsas dicuntur, iracundi et maniaci. Similiter autem et quecumque alie extases non naturales, sed aliquibus aliis sintomatibus fiunt
10a5 difficile transmutabiles vel etiam omnino immobiles, qualitates et talia dicuntur ; quales enim secundum ipsas dicuntur. Que- 20 cumque autem a facile et cito desistentibus fiunt, passiones dicuntur, puta si tristatus aliquis iracundior est ; non enim dicitur iracundus qui in tali passione iracundior est, sed magis eo quod passus sit aliquid ; quare passiones quidem talia dicuntur,
10a10 qualitates autem non. 25

Quartum autem genus qualitatis figure et circa unumquodque existens forma, adhuc autem cum hiis rectitudo et curvitas, et si quid aliud simile est hiis ; unumquodque enim horum quale aliquid dicitur ; eo enim quod triangulare vel quadrangulare
10a15 sit, quale aliquid dicitur, et eo quod rectum vel curvum. Et 30 secundum formam autem unumquodque quale aliquid dicitur.

---

n 1 passive (*uCAσ*)] *om.* 3 ipsas] ταύτας 5 vel²] + καὶ 8 qualitates autem non (*uC*)] *om.* 9 ipsas (*ag, Ald.*)] ταῦτα 11 eo quod (*uBC*)] *om.* 13 que (*af*)] *om.* 15 difficile mobilibus (*A*)] *om.* et hee (*C, Ald.*)] *om.* 16 ira] + καὶ τὰ τοιαῦτα 17 ipsas (*f, Ald.*)] ταύτας dicuntur (*uBCΛ*)] + οἷον 18 alie (*C*)] *om.* sed] + ἀπὸ 20 dicuntur (*dfi*)] *om.* ipsas (*g, Ald.*)] ταύτας 21 facile et (*uC*)] *om.* 22 aliquis [(*AΛΔ*)] *om.* 23-24 eo quod (*CΔ*)] *om.* 26 figure] σχῆμά τε 30 aliquid (*uBΛ*)] *om.*

BaJmJvPbVv 8 passione *JvVv* 16 manica *Jv* : maniaca et *JmVv* 21 passiones + que *JmVv, Pb* (*marg.*) : + quidem (*expunct.*) *Pb* 26 figura *JmPv*

Rarum autem et densum et asperum et planum videbuntur utique quale aliquid significare, videntur autem aliena esse talia ab ea que secundum quale divisione ; positionem enim quandam partium magis videtur unumquodque significare ; spissum qui- 10a20
dem enim eo quod partes sint prope invicem, rarum autem eo quod distent ab invicem ; et planum quidem eo quod in recta aliqualiter partes iaceant, asperum autem eo quod hoc quidem excedat, hoc autem deficiat. Forte quidem igitur et alius utique 10a25
aliquis videbitur modus qualitatis, sed qui maxime dicuntur fere tot sunt.

Qualitates quidem igitur sunt que dicte, qualia autem que secundum ipsas denominative dicuntur, vel quomodocumque aliter ab ipsis. In plurimis quidem igitur et fere in omnibus denominative dicuntur, velut ab albedine albus et a grammatica gram- 10a30
maticus et a iustitia iustus ; similiter autem et in aliis. In quibusdam autem quia non iacent qualitatibus nomina non contingit denominative ab ipsis dici, puta cursivus vel pugillativus qui secundum potentiam naturalem dicitur, a nulla qualitate dicitur 10a35
denominative ; non enim iacet nomen potentiis hiis secundum 10b1
quas isti quales dicuntur, sicut scientiis secundum quas pugillativi vel luctativi qui secundum dispositionem dicuntur (pugillatoria enim scientia dicitur et luctatoria, quales autem qui ab 10b5
hiis denominative dispositi dicuntur). Aliquando autem et nomine posito non dicitur denominative quod secundum ipsam quale dicitur, velut a virtute studiosus ; eo enim quod virtutem habeat studiosus dicitur, sed non denominative a virtute ; non in multis autem est quod tale. Qualia igitur dicuntur que denominative a 10b10
dictis qualitatibus dicuntur vel quomodocumque aliter ab ipsis.

Existit autem et contrarietas secundum quale, puta iustitie iniustitia contrarium et albedo et nigredo et alia similiter, que 10b15
secundum ipsas dicuntur qualia, puta iniustum iusto et album nigro. Non in omnibus autem quod tale ; rubeo enim vel fusco

---

n 1 videbuntur] + μὲν 4 unumquodque (*C*)] ἑκάτερον 12 ipsas (*fC, Ald.*)] ταύτας 16 contingit (*uBCΛ, sed non λ*)] + τὰ λεγόμενα 18 naturalem (*uBCΛ*)] φύσει 19 hiis (*P*)] *om.* 20 sicut (*uB*)] + καὶ 28 quomodocumque (*uBCΛ*)] ὅπως aliter (*uCAΛ*)] *om.* 29-30 iustitie iniustitia] δικαιοσύνη ἀδικίᾳ 30 et nigredo (*P*)] μελανίᾳ similiter] + καὶ 31 ipsas (*BΔΓP*)] + δὲ 32 tale (*uBCΛ*)] + συμβαίνει

BaJmJvPbVv 15 in[1] *om. BaJmPbVv* 17-18 qui secundum *scripsi* : quod *Jv* : qui *cett.* 21 vel luctativi *om. JvVv* 32 in *om. JmVv*

et mediis vel talibus coloribus nichil est contrarium cum sint qualia. Adhuc, si contrariorum alterum sit quale, et reliquum erit quale. Hoc autem palam ex hiis que per singula alia predi-
10b20 camenta tractata sunt, puta si est iustitie iniustitia contrarium, quale autem iustitia, quale ergo et iniustitia ; nullum enim alio- 5
rum predicamentorum congruet iniustitie; puta neque quantum neque ad aliquid neque ubi neque totaliter talium nullum, nisi quale. Similiter autem et in aliis hiis que secundum quale contrariis.

10b25 Suscipiunt autem magis et minus qualia ; album enim magis et 10
minus alterum altero dicitur, et iustum alterum altero magis et minus. Et ipsum autem additionem recipit (album enim existens
10b30 adhuc contingit albius fieri) ; non omnia autem, sed plurima ; iustitia enim si dicitur magis et minus iustitia, dubitabit utique aliquis ; similiter autem et in aliis dispositionibus. Quidam enim 15
dubitant de talibus ; iustitiam quidem enim iustitia non valde aiunt oportere magis et minus dici, neque sanitatem sanitate ;
10b35 minus tamen habere alterum altero sanitatem aiunt et iustitiam
11a1 alterum altero ; similiter autem et grammaticam et alias dispositiones. Attamen que secundum ipsas dicuntur qualia indubi- 20
tanter suscipiunt magis et minus ; magis enim grammaticus alter
11a5 altero dicitur et iustior et sanior, et in aliis similiter. Trigonum autem et tetragonum non videtur magis et minus suscipere, neque aliarum figurarum nulla ; que quidem enim suscipiunt trigoni rationem et circuli omnia similiter trigona vel circuli 25
sunt, eorum autem que non suscipiunt nullum dicetur alterum
11a10 altero magis ; nichil enim magis circulus est tetragonum quam altera parte longius ; neutrum enim suscipit circuli rationem. Simpliciter autem, si non ambo suscipiant positi rationem, non dicetur alterum altero magis. Non omnia igitur qualia suscipiunt 30
magis et minus.

11a15 Dictorum quidem igitur nullum est proprium qualitatis, similia autem et dissimilia secundum solas qualitates dicuntur ;

---

n 1 et mediis] *om.* 3 ex — singula (*Cλ, Ald.*)] *om.* 4 tractata (*φ*)] *προχειριζομένῳ* 5 ergo (*uBCΛ*)] *om.* 6 puta (*fC*)] *om.* 10 autem (*u*)] + *καὶ* 11-12 et minus (*fgC, Ald. λ*)] *om.* 17 oportere (*B*)] *om.* 18 iustitiam (*B*)] + *ἧττον* 19 altero (*uBΔIP*)] + *ἔχειν* 20 qualia (*ΔσΛ, sed non λ*)] *om.* 23 et minus (*CΔλ*)] *om.* 27 est (*uBCΛ*) 33 et (*uBΛ*)] *ἢ*

BaJmJvPbVv 4 iustitia iniustitie *JmVv* 8 autem *om. JmVv* 14 dubitavit *BaJvPbVv* 16 iustitiam] -ia *JmJvVv*

simile enim alterum alteri non est secundum aliud aliquid nisi secundum quod quale est. Quare proprium utique erit qualitatis simile et dissimile dici secundum ipsam.

Non oportet autem turbari ne quis nos dicat de qualitate 11a20
propositum facientes multa eorum que ad aliquid connumerasse ; habitus enim et dispositiones dicebamus esse eorum que ad aliquid. Fere enim in omnibus talibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, singularium autem nullum ; scientia quidem 11a25
enim, genus existens, ipsum quod est alterius dicitur (cuiusdam enim scientia dicitur), singularium autem nulla ipsum quod est alterius dicitur ; velut grammatica non dicitur alicuius grammatica neque musica alicuius musica ; nisi forte secundum genus et hee dicantur eorum que ad aliquid ; velut grammatica dicitur 11a30
alicuius scientia, non alicuius grammatica, et musica alicuius scientia, non alicuius musica ; quare singulares non sunt eorum que ad aliquid. Dicimur autem quales singularibus ; has enim et habemus (scientes enim dicimur in habendo quasdam scientiarum singularium) ; quare et qualitates utique erunt hee singulares, 11a35
secundum quas quidem et quales dicimur ; hee autem non sunt eorum que ad aliquid. Adhuc si contigerit idem hoc quale et ad aliquid esse, nullum inconveniens in ambobus generibus ipsum dinumerari.

[9] Suscipiunt autem et facere et pati contrarietatem et magis 11b1
et minus ; calefacere enim ei quod est infrigidare contrarium, et calefieri ei quod infrigidari, et delectari ei quod tristari; quare suscipiunt contrarietatem. Et magis et minus ; calefacere enim 11b5
magis et minus est, et calefieri magis et minus, et contristare magis et minus est, et tristari magis et minus. Suscipit igitur et magis et minus facere et pati,

De hiis quidem igitur tanta dicuntur ; dictum est autem et de poni in hiis que ad aliquid, quia denominative a positionibus 11b10
dicitur. De reliquis autem, scilicet quando et ubi et habere, quia

---

n 3 et (*uBA*)] ἤ 6 dicebamus (*uBA*)] *om.* 7 qualitatibus (*Cφ*)] *om.* 17 quasdam (*C*)] τινὰ 19 quidem (περ *Pap.* : ποτε *uBC*)] *om.* 20 contigerit (*uBCA*)] τυγχάνει hoc] *om.* 26 magis (*CΓ*)] + δὲ 27-28 et contristare magis et minus est] *om.* 28 et tristari magis et minus (*Cλ* : λυπεῖσθαι *A*)] *om.* 29 et[1] (*ΓI*)] *om.*

BaJmJvPbVv 2 erit utique *transp. JmVv* 26 enim + et *JmJvVv*

manifesta valde sunt, de ipsis nichil aliud dicitur quam quecumque in principio dixi, quod habere quidem significat indutum esse, armatum esse, ubi autem velut in Licio, et alia autem de ipsis dicta sunt.

11b15 [10] De premissis quidem igitur generibus sufficiunt que dicat sunt.

De oppositis autem, quot modis consuevit opponi, dicendum. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, aut ut ad aliquid, aut ut contraria, aut ut privatio et habitus, aut ut
11b20 affirmatio et negatio. Opponitur autem unumquodque talium, ut typo dicatur, ut quidem que ad aliquid, velut duplum dimidio, ut autem contraria velut malum bono, ut autem que secundum privationem et habitum velut cecitas et visus, ut autem affirmatio et negatio velut sedet — non sedet.

Quecumque quidem igitur ut ad aliquid opponuntur, ipsa
11b25 quod sunt oppositorum dicuntur vel quomodocumque aliter ad ipsa, velut duplum dimidii, ipsum quod est, alterius dicitur duplum ; alicuius enim duplum dicitur ; et scientia autem scibili ut ad aliquid opponitur, et dicitur scientia ipsum quod est scibilis;
11b30 et scibile autem ipsum quod est ad oppositum dicitur, scilicet scientiam (scibile enim aliquo dicitur scibile, scilicet scientia).

Quecumque igitur ut ad aliquid opponuntur, ipsa quod sunt oppositorum dicuntur vel quomodocumque ad invicem ; que autem ut contraria, ipsa quidem quod sunt nequaquam ad
11b35 invicem dicuntur, contraria vero invicem dicuntur ; neque enim bonum mali dicitur bonum, sed contrarium, neque album nigri album, sed contrarium. Quare differunt hee oppositiones ab
12a1 invicem. Quecumque autem contrariorum talia sunt ut in quibus nata sunt fieri vel de quibus predicari necessarium ipsorum alterum inesse, horum nullum est intermedium (quorum autem non necessarium inesse, horum est aliquid intermedium semper) ;
12a5 velut egritudo et sanitas in corpore animalis nata est fieri, et

---

n 2 dixi] ἐῤῥήθη 3 autem²] + ὅσα 12 que (*B*)] *om.* 18 duplum¹ (*uBCA*)] *om.* dicitur (λ)] *om.* 23 oppositorum (*ΑΓΙ*)] ἑτέρων quomodocumque (*uBCλ*)] + ἄλλως invicem] + λέγεται 25 dicuntur²] + εἶναι 30 horum nullum (*uBC*)] οὐδὲν αὐτῶν 31 necessarium] + θάτερον

BaJmJvPbVv 11 typo *scripsi* : ypo *codd.* 28 quecumque] que *BaJvPb*

necessarium alterum inesse in corpore animalis, vel egritudinem vel sanitatem ; et impar autem et par de numero predicantur, et necessarium alterum inesse numero, vel impar vel par ; et non est horum aliquod intermedium, neque egritudinis et sanitatis neque imparis et paris. Quorum autem non necessarium alterum inesse, 12a10 horum est aliquid intermedium, velut nigrum et album in corpore nata sunt fieri, et non necessarium alterum horum inesse corpori (non enim omne corpus vel album vel nigrum est) ; vel pravum et studiosum predicatur quidem de homine et de aliis et multis, 12a15 non necessarium autem alterum ipsorum inesse illis de quibus predicantur ; non enim omnia vel prava vel studiosa sunt. Et est aliquid horum intermedium, velut albi quidem et nigri fuscum et nitelinum et quicumque alii colores, pravi autem et studiosi quod neque pravum neque studiosum. In quibusdam quidem 12a20 igitur nomina iacent intermediis, velut albi et nigri fuscum et nitelinum et quicumque alii tales colores ; in quibusdam autem non est promptum nomine assignare quod intermedium, negatione autem utriusque extremorum intermedium determinatur, puta quod neque bonum neque malum et neque iustum neque 12a25 iniustum.

Privatio autem et habitus dicitur quidem circa idem, ut visio et cecitas circa oculum ; universaliter autem dicere, in quo natus est habitus fieri, circa hoc dicitur utrumque ipsorum. Privari autem tunc dicimus unumquodque susceptivorum habitus, quando, 12a30 in quo natus est existere et quando natum est habere, nequaquam extiterit ; edentulum enim dicimus non quod non habet dentes, et cecum non quod non habet visum, sed quod non habet quando natum est habere (quedam enim a nativitate neque dentes neque visum habent, sed non dicuntur edentula aut ceca). Privatum 12a35 autem esse et habere habitum non est privatio et habitus ; habitus quidem enim est visus, privatio autem cecitas, habere autem visum non est visus, neque cecum esse cecitas (privatio enim quedam cecitas est, cecum autem esse privatum esse, non

---

n 4 et (*uBC*]) οὔτε 8 vel[3]] καὶ ... δὲ 9 quidem] + καὶ 16 et — colores (*uBC*, *Δ* ?)] *om.* 21 idem (*ΓΠ*)] + τι 22 oculum (*uBCΛ*)] + καὶ 23 ipsorum (*uBCΛ*)] + γίνεσθε (*sic*) 25 et (*uBC*)] ἢ 28-29 dentes neque visum (*PΛ*)] ὄψιν οὔτε ὀδόντας 29 aut] οὐδὲ 33 quedam (*uBC*)] *om.*

BaJmJvPbVv 3 par vel impar *transp. JmVv* 12 aliquod *JmJvVv* 13 *et* 16 nitelinum *scripsi :* uitellinum *codd.* 15 iacent] latent *JmVv*

12a40 privatio est). Adhuc si esset idem cecitas et cecum esse, predicarentur utique ambo de eodem ; sed cecus quidem dicitur homo,
12b1 cecitas autem non dicitur. Opponi autem et hec videntur, privatum esse et visum habere, ut privatio et habitus, modus enim oppositionis idem ; sicut enim cecitas visui opponitur, ita et
12b5 cecum esse ei quod est visum habere opponitur. Non est autem quod sub affirmatione et negatione affirmatio et negatio ; affirmatio quidem enim est oratio affirmativa, negatio autem oratio negativa, eorum autem que sub affirmatione et negatione nul-
12b10 lum est oratio. Dicuntur autem et hec opponi invicem ut affirmatio et negatio ; et enim et in hiis modus oppositionis idem ; ut enim utique affirmatio ad negationem opponitur, velut sedet huic non sedet, ita et que sub utroque res opponitur, scilicet
12b15 sedisse — non sedisse. Quod autem privatio et habitus non opponuntur ut ad aliquid, manifestum ; non enim dicitur ipsum quod est oppositi. Visus enim non dicitur cecitatis visus, neque aliter ullo modo ad ipsum dicitur. Similiter autem et cecitas
12b20 non dicitur cecitas visus, sed privatio quidem visus cecitas dicitur, visus autem cecitas non dicitur. Adhuc que ad aliquid omnia ad convertentia dicuntur, quare et cecitas, siquidem esset ad aliquid, converteretur utique et illa ad quod dicitur ; sed non con-
12b25 vertitur ; non enim dicitur visus cecitatis visus.

Quod autem neque ut contraria opponuntur que secundum privationem et habitum dicuntur, ex hiis palam. Contrariorum quidem enim, quorum nullum est intermedium, necessarium in quo nata sunt fieri vel de quibus predicantur, ipsorum alterum
12b30 inesse semper ; horum enim nullum erat intermedium, quorum alterum necessarium erat susceptivo inesse, velut in egritudine et sanitate et impari et pari. Quorum autem est intermedium aliquid, numquam necesse omni inesse alterum ; neque enim album vel nigrum necesse omne esse susceptivum, neque frigidum
12b35 aut calidum (horum enim intermedium aliquid nichil prohibet

---

n 1 adhuc (*uBC*)] ἐπεὶ 3 non] ὁ ἄνθρωπος οὐδαμῶς 4 visum] ἕξιν 8 autem (*fI*)] καὶ oratio (*uBCΛ*)] + ἐστὶν 9 et (*uB*)] 10 oratio (*uBCΛ*)] + ἀλλὰ πρᾶγμα 13 huic (*uBC*)] πρὸς τὸ 14 sedisse[1]] + τινα πρὸς τὸ 16 dicitur] ἔστι 18 dicitur[1] (*ΓΔ*, *Λ* ?)] λέγοιτ' ἄν 26 quo (*uBCΛ*)] οἷς 30 aliquid (*uBCΛ*)] *om.*

BaJmJvPbVη 15 non *scripsi* : si *codd.* 20 esse *codd.*, *sed* vel esset *in marg. add. Pb*

existere) ; adhuc autem et horum erat aliquid intermedium, quorum non necessarium erat alterum inesse susceptivo, nisi quibus natura unum inest, ut natura igni calidum esse et nivi albam (in hiis itaque determinate necessarium alterum inesse susceptivo, et non quodcumque contingit ; neque enim contingit ignem 12b40
frigidum esse neque nivem nigram) ; quare omni quidem non necesse susceptivo alterum ipsorum inesse, sed solum quibus 13a1
natura unum inest, et hiis determinate unum et non quodcumque contingit. In privatione autem et habitu neutrum dictorum verum ; neque enim semper susceptivo necessarium alterum ip- 13a5
sorum inesse ; quod enim nondum natum est habere visum neque cecum neque visum habens dicitur, quare non utique erunt hec talium contrariorum quorum nullum est intermedium. Sed neque quorum est intermedium aliquid ; necessarium enim utique omni susceptivo alterum ipsorum inesse ; quando enim iam natum est habere visum tunc aut cecum aut habens visum dicetur, et horum 13a10
non determinate alterum, sed quodcumque contingit (non enim necessarium aut cecum aut habens visum esse, sed quodcumque contingit) ; in contrariis autem, quorum est intermedium aliquid, nequaquam necessarium erat omni alterum inesse, sed quibusdam, et hiis determinate unum et non quodcumque contingit. 13a15
Quare palam quod secundum neutrum modorum ut contraria opponuntur que secundum privationem et habitum opponuntur.

Adhuc in contrariis quidem, existente susceptivo, possibile in invicem transmutationem fieri, nisi alicui unum insit natura, 13a20
velut igni calidum esse ; et enim sanum potest egrotare et album nigrum fieri et frigidum calidum, et ex studioso pravum et ex pravo studiosum possibile est fieri (pravus enim ad meliora exercitia ductus et rationes et si modicum aliquid addat ad melius 13a25
esse, si quidem semel parvam additionem accipiat, manifestum quod perfecte utique transmutabitur si valde multam additionem accipiat ; semper enim facilius mobilis ad virtutem fit, et si quamcumque additionem acceperit a principio, quare et verisimile

---

n 3 natura ($n^2\Delta$)] *om.* 4 itaque ($\delta\grave{\eta}$)] $\delta\grave{\epsilon}$ susceptivo ($n^2e\Delta$)] *om.* 5 contingit^2 (*uBC*) + $\ddot{\alpha}\nu$

B 21 et — contingit (*Ald.*)] *om.* 30 quidem] $\delta\grave{\epsilon}$ 31 quod (*P*)] + $\ddot{\eta}$ si (*P* ?)]$\ddot{\eta}$

BaJmJvPbVv 10 enim *om. JvVv* 21 non *scripsi* : si *codd.* 24 in^2 *om. BaJmVv* 29 modicum *post* aliquid *VvPv* : *post* addat *Jm* 30 manifestum *om. JvPb* 33 accipit *JmJvVv* : -epit *EfPv*

ampliorem additionem ipsum accipere ; et hoc semper factum
13a30 perfecte in contrarium habitum restituit, nisi tempore prohibeatur). In privatione autem et habitu impossible in invicem transmutationen fieri ; ab habitu enim ad privationem fit transmutatio, a privatione autem ad habitum impossibile ; neque enim cecus
13a35 factus aliquis iterum vidit, si non aliqua divina virtute, neque calvus existens comatus factus est, neque edentulus existens dentes protulit.

13b1 Quecumque autem ut affirmatio et negatio opponuntur, manifestum quod secundum nullum dictorum modorum opponuntur ; in solis enim hiis semper necessarium hoc quidem verum hoc autem falsum existere. Neque enim in contrariis necessarium
13b5 semper alterum verum esse alterum autem falsum, neque in hiis que ad aliquid neque in habitu et privatione ; velut sanitas et egritudo contrarium, et neutrum neque verum neque falsum est ; similiter autem et duplum et dimidium ut ad aliquid opponuntur, et neutrum ipsorum est neque verum neque falsum. Neque etiam
13b10 que secundum privationem et habitum, velut visus et cecitas. Totaliter igitur que secundum nullam complexionem nullum neque verum neque falsum est ; omnia autem dicta sine complexione dicuntur. Quin immo maxime videbitur utique quod tale accidere in contrariis dictis secundum complexionem (egrotare
13b15 enim Socratem ei quod est sanum esse Socratem contrarium est), sed non in hiis semper necessarium alterum quidem verum alterum autem falsum esse ; existente quidem enim Socrate erit hoc quidem verum hoc autem falsum, non existente autem ambo falsa ; neque enim egrotare Socratem neque sanum esse verum
13b20 est ipso Socrate non existente totaliter. In privatione autem et habitu non existente totaliter neutrum verum, existente autem non semper quidem alterum verum alterum autem falsum ; visum enim habere Socratem ei quod est cecum esse opponitur ut privatio et habitus, et existente quidem non necessarium alterum ve-

---

n 5 neque (*Λ* ?)] + μὲν 6 si — virtute (*CA*, n^2u^2)] *om.* 12 falsum (*ΛΓ*)] + αὐτοῦ 13 alterum[1] (*uB*, *Λ* ?)] + μὲν 15 contrarium] ἐναντία 18 habitum (*uBCΛ*)] + λεγόμενα 19 igitur que] δὲ τῶν ... λεγομένων 22-23 egrotare ... sanum esse] ὑγιαίνειν ... νοσεῖν 24 non] οὐδ' 28 est (*uBCΛ*)] *om.* 30 quidem] *om.* 31 ei quod est (*uBC*, *Λ* ?)] τὸ esse (*f*)] + Σωκράτη

BaJmJvPbVv 3 in[2] *om. JmVv* 6 aliqua] aliquid *BaPbJv* divina *om. VvEf* 9 ponuntur *BaJv*

rum esse vel falsum (quando enim nondum natus est habere, 13b25
ambo falsa), non existente autem totaliter Socrate, et sic falsa
ambo, et visum habere ipsum et cecum esse ipsum. In affirmatione
autem et negatione semper, sive sit sive non sit, alterum erit fal-
sum alterum autem verum ; egrotare enim Socratem et non egro- 13b30
tare, existente ipso manifestum quod alterum ipsorum verum aut
falsum, et non existente similiter (egrotare quidem enim non
existente falsum, non egrotare autem verum). Quare in solis
hiis erit utique proprium alterum ipsorum semper verum vel
falsum esse, quecumque ut affirmatio et negatio opponuntur. 13b35

[11] Contrarium autem est bono quidem ex necessitate malum
(hoc autem palam inductione in singulis, velut sanitati egritudo
et iustitie iniustitia et fortitudini timiditas, similiter autem et 14a1
in aliis), malo autem quandoque quidem bonum est contrarium,
quandoque autem malum (defectui enim qui est malum contrarium
excessus malus existens ; similiter autem et medietas contraria
utrique, existens bonum, est). In paucis autem quod tale videbit 14a5
utique aliquis, in plurimis autem semper malo bonum contrarium
est.

Adhuc autem contrariorum non necessarium, si alterum sit,
et reliquum esse ; sanis enim omnibus sanitas quidem erit,
egritudo autem non ; similiter autem et albis existentibus om-
nibus albedo quidem erit, nigredo autem non. Adhuc, si So- 14a10
cratem sanum esse ei quod est Socratem egrotare contrarium
est, non contingit autem simul ambo eidem inesse, non utique
continget altero contrariorum existente et reliquum esse; exis-
tente enim eo quod est Socratem sanum esse non utique erit hoc
quod est egrotare Socratem.

Palam autem quod et circa idem vel specie vel genere nata 14a15
sunt fieri contraria ; egritudo quidem enim et sanitas in corpore
animalis nata sunt fieri, albedo autem et nigredo simpliciter in
corpore, iustitia autem et iniustitia in anima. Necessarium autem
omnia contraria vel in eodem genere esse vel in contrariis generi- 14a20

---

n 3 ipsum² (*uBCΛ, sed non λ*)] *om.* 4 alterum (*uBC, Λ ?*)] + *μὲν* 5 egrotare² (*CΔΓP*)] + *Σωκράτη* 6 aut (*uBΛ, sed non λ*)] *τὸ δὲ ἕτερον* 7 falsum (*uBC*)] + *ἐστιν* 16 malus] *κακὸν* 17 est (*e, Ald.*)] *om.* 20 autem (*Γ*)] *om.* 32 anima (*uIΛΓ*)] + *ἀνθρώπου* necessarium (*uC*)] *ἀνάγκη*

BaJmJvPbVv 4 semper *om. JvPb* 7 non²] si *JvPb* 15 contrarium + est *BaJmVv* 29 et quod *transp. JmVv*

bus, vel ipsa genera esse ; album quidem enim et nigrum in eodem genere (color enim ipsorum genus), iustitia autem et iniustitia in contrariis generibus (huius quidem enim virtus, huius autem malitia genus) ; bonum autem et malum non sunt in genere, sed
14a25 ipsa quorundam genera existunt.

[12] Prius alterum altero dicitur quadrupliciter, primo quidem et principalissime secundum tempus, secundum quod senius alterum altero et antiquius dicimus (eo enim quod tempus amplius
14a30 sit, et senius et antiquius dicitur). Secundo autem quod non convertitur secundum ipsius esse consequentiam, velut unum duobus prius (duobus quidem enim existentibus consequitur mox unum esse, uno autem existente non necessarium duo esse, quare non convertitur ab uno consequentia essendi reliquum) ; prius
14a35 autem videtur esse quod tale, a quo non convertitur essendi consequentia. Tertio autem secundum quendam ordinem prius dicitur, sicut in scientiis et orationibus ; in demonstrativis enim scientiis existit prius et posterius ordine (elementa enim sunt
14b1 priora diagrammatibus ordine, et in grammatica elementa sunt priora syllabis), in sermonibusque eodem modo (prohemium enim narratione prius est ordine). Adhuc preter predicta quod melius
14b5 et honoratius prius esse natura videtur ; consueverunt autem multi eos qui magis sunt in honore et magis diliguntur ab ipsis priores apud ipsos dicere esse ; est autem utique fere alienissimus modorum iste.

14b10 Qui quidem igitur dicuntur modi prioris fere tot sunt. Videbitur autem utique preter predictos alius esse prioris modus ; convertentium enim secundum essendi consequentiam quod causa qualitercumque alteri ut sit prius merito natura dicetur utique. Quod autem sunt quedam talia, palam ; nam esse hominem con-
14b15 vertitur secundum essendi consequentiam ad veram de ipso orationem ; si enim est homo, vera est oratio qua dicimus quia est homo; et si vera est oratio qua dicimus quia est homo, est homo;
14b20 est autem oratio quidem nequaquam causa essendi rem, res

---

n 8 dicimus (*fΛ, sed non λ*)] *λέγεται* 15 autem (*uBCΛ*)] + *δ* 18 priora (*uBCΛ*)] *πρότερον* 21 autem] + *καὶ* 23 fere (*uBCΛ*)] *om.* 32 si] *ἀντιστρέφει γε, εἰ γὰρ* homo² (*uBCΛ*)] + *καὶ* 33 autem (*CP*)] + *ἀληθὴς*

BaJmJvPbVv 21 honoratius *ex* -abilius *JmPb* 26 utique *post* predictos *Jm* : *om. Vv* 27 causa] tam *JmJvVv* 32 et — homo² *om. BaJmPbVv* est homo² *om. JmPbVv*

vero videtur aliquo modo causa essendi veram orationem ; eo enim quod est res vel non est, vera oratio vel falsa dicitur. Quare secundum quinque modos alterum altero prius dicetur utique.

[13] Simul autem dicuntur simpliciter quidem et propriissime quorum generatio in eodem tempore ; neutrum enim ipsorum 14b25
prius aut posterius est. Simul autem secundum idem tempus hec dicuntur. Natura autem simul dicuntur quecumque convertuntur quidem secundum essendi consequentiam, nequaquam autem causa essendi alterum alteri est, velut in duplo et dimidio ;
convertuntur enim hec (duplo enim existente est dimidium, et 14b30
dimidio existente duplum est), neutrum autem neutri causa essendi est. Et que ex eodem genere contradividuntur invicem simul natura dicuntur. Contradividi autem invicem dicuntur 14b35
que secundum eandem divisionem, velut volatili gressivum et
aquatile ; hec enim contradividuntur invicem ex eodem genere existentia ; animal enim dividitur in hec, in volatile et gressivum et aquatile, et nichil horum prius aut posterius est, sed simul natura videntur esse (dividetur autem utique et unumquod- 15a1
que talium in species iterum, velut volatile et gressivum et aqua-
tile). Quare illa simul natura, quecumque ex eodem genere secundum eandem divisionem sunt, genera autem speciebus semper 15a5
priora sunt ; non enim convertuntur secundum essendi consequentiam, puta aquatili quidem existente est animal, animali autem existente non necesse aquatile esse. Simul igitur natura
dicuntur, quecumque convertuntur quidem secundum essendi consequentiam, nullatenus autem alterum alteri causa essendi 15a10
est, et que ex eodem genere contradivisa invicem ; simpliciter autem simul sunt, quorum generatio in eodem tempore.

[14] Motus autem sunt species sex, generatio, corruptio, aug-
mentum, diminutio, alteratio, que secundum locum mutatio. Alii 15a15
quidem igitur motus manifestum quod alii ab invicem sunt ; non enim est generatio corruptio neque augmentatio diminutio neque

---

n 5 ipsorum (*uBCλ*)] *τῶν τοιούτων* 6 idem (*λ*)] *τὸν* 7 dicuntur²] *om.* 10 convertuntur (*CAΛ*)] + *μὲν* enim¹ (*BCΛ*)] *om.* 14-15 volatili gressivum et aquatile] *τὸ πτηνὸν τῷ πεζῷ καὶ τῷ ἐνύδρῳ* 16 in² (*uBCΛ*)] *om.* 18 natura] + *τοιαῦτα* 19 talium (*uB*)] *τούτων* gressivum (*uBC*)] + *ζῷον* 20 quare illa] *ἔσται οὖν κἀκεῖνα* 22 sunt (*uBCΛ*)] *om.* 30 que (*uBC*)] *om.*

BaJmJvPbVv . 18 natura + vera *JvVv* 19 et¹ *om. BaPb* (*sed add. Pb*)

secundum locum mutatio, similiter autem et alii. In alteratione autem habet quandam dubitationem, ne forte necessarium sit
15a20 quod alteratur secundum aliquem reliquorum motuum alterari. Hoc autem non est verum ; fere enim secundum omnes passiones vel plurimas alterari accidit nobis nullo aliorum motuum communicante ; neque anim augeri necessarium quod secundum passionem movetur neque diminui, similiter autem et in aliis; quare altera
15a25 utique erit preter alios motus alteratio (si enim esset eadem, oportebat quod alteratur confestim et augeri vel minui vel aliquem aliorum motuum assequi ; sed non necesse). Similiter autem et quod augmentatur vel aliquo alio motu movetur alterari
15a30 oportebat ; sed sunt aliqua que augmentata non alterantur, velut quod linee gnomone circumposito crevit quidem, non est autem alteratum ; similiter et in aliis talibus. Quare alii utique erunt motus ab invicem.

15b1 Est autem simpliciter motui quidem quies contraria, singularibus autem que singulares, generationi quidem corruptio contrarium, augmentationi autem diminutio, mutationi autem secundum locum quies secundum locum maxime videtur opponi
15b5 et que ad contrarium locum transmutatio, velut ei que deorsum que sursum, ei que sursum que deorsum. Reliquo autem assignatorum motuum non facile est assignare quid quidem sit contrarium, videtur enim nichil esse aliquid ipsi contrarium, nisi aliquis et in hoc eam que secundum quale quietem opponat ei que ad
15b10 contrarium qualis transmutationi, sicut et in ea que secundum locum transmutatione eam que secundum locum quietem vel eam que in contrarium locum transmutationem (est enim alteratio transmutatio secundum quale) ; quare opponetur ei qui secundum locum motui [quale] ea que secundum quale quies vel que in contrarium qualitatis transmutatio, puta album fieri ei

---

n 5 communicante (*uAΛ*)] *κοινωνοῦσιν* 12 oportebat (*uBCλ*)] *om.* 13 linee] *τετράγωνον* 13-14 non — alteratum] *ἀλλοιώτερον δὲ οὐδὲν γεγένηται* 16 motui quidem quies (*uPλφ*)] *μὲν κίνησις ἠρεμίᾳ* contraria (*ACΛ*)] *ἐναντίον* 17 singulares (*uBC*)] *om.* contrarium (*f, Ald.*)] *om.* 20 et (*uB*)] + *εἰ ἄρα* : et forte *λ* : *om. CΛ* 23 enim] *δὲ* aliquid (*CΓΔ*)] *om.* 28 opponetur (*B*)] *ἀντίκειται* 29 locum ... quale (*sive duplex lectio τόπον et τὸ ποιόν, sive translator incertus quid legeret*)] *τὸ ποιὸν* motui ... ea — quale (*uBC*)] *om.* quies (*uBCΛ*)] *ἠρεμίᾳ* vel (*uBCΛ*)] *om.* 30 fieri (*uBCΛ*)] *τῷ ... γίγνεσθαι* 30-**117**.1 ei quod est (*uBCλ*)] *τὸ*

BaJmJvPbVv 3 quod + secundum (*sic*) *JvPb* 13 gnomone *scripsi* : gnomono (-nomo *Ba*) *codd.* 14 erant *Ba* : erunt *Pb* 24 hec *JmVv*

quod est nigrum fieri ; alteratur enim in contraria qualitatis 15b15
transmutatione facta.

[15] Habere secundum plures modos dicitur. Vel ut habitum et dispositionem, vel ut aliam aliquam qualitatem (dicimur enim scientiam habere et virtutem) ; vel ut quantum, puta quam existit aliquis habens magnitudinem (dicitur enim 15b20
tricubitalem magnitudinem habere vel quadricubitalem) ; vel ut que circa corpus, puta vestem aut tunicam ; vel ut in parte, (puta in manu anulum) ; vel ut partem (puta manum aut pedem) ; vel ut in vase (puta modius frumentum, aut amphora vinum ; hec igitur omnia habere in vase dicuntur) ; vel ut possessionem 15b25
(habere enim domum et agrum dicimur). Dicimur autem et mulierem habere et mulier virum ; videtur autem alienissimus modus habendi esse qui nunc dictus est ; nichil enim aliud habendi mu- 15b30
lierem significatum quam quod cohabitat.

Forte autem utique et alii aliqui apparebunt modi habendi ; qui autem consueti sunt dici fere omnes dinumerati sunt.

---

n 4 ut (*Γ*)] *om.* 8 que (*uBCλ*)] *om.* 10 vinum] + *οἶνον γὰρ ἔχειν τὸ κεράμιον λέγεται καὶ ὁ μέδιμνος πυρούς : haec, una cum ἢ τὸ κεράμιον τὸν οἶνον, om. eσ* 11 in] *ὡς ἐν* 15 significatum] *σημαίνομεν*

BaJmJvPbVv 4 dicimus *JvVv*

4.

LEMMATA SIMPLICII

GUILLELMO DE MOERBEKA INTERPRETE

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotatione lemmatum Simplicii adhibitorum

I. LIBRI LATINI :

Ba = cod. Vaticanus, arch. Basil. H.6 : saec. XIII
Pb = Toletanus, bibl. Capit. 47.11 : saec. XIII
Jm = Venetus, bibl. S. Marci, lat. VI.151 (2219) : saec.XIV
Jv = Venetus, bibl. S. Marci, lat. VI.152 (2562) : saec.XIV
Gf = Parisinus, bibl. nation., lat. 16080 : saec. XIII

Rarius citantur :

Ef = cod. Erfordiensis, bibl. urb., Ampl. Fol. 34 : saec. XIV
Hc = Parisinus, bibl. nation., lat. 12955 : saec. XVI
Pv = Parisinus, bibl. nation., lat. 14714 : saec. XIII

II. LIBRI GRAECI :

J = cod. Venetus, bibl. S. Marci, gr. 224 : saec. XI
A = Parisinus, bibl. nation., gr. 1942 : saec. XIII-XIV

⟨LEMMATA E SIMPLICII COMMENTARIO IN CATEGORIAS DECERPTA⟩

1 Equivoca dicuntur quorum nomen solum commune. (Bekker 1a1 : Kalbfleisch 21.1)

2 Que vero secundum nomen ratio substantie altera. (1a1-2 : 28.12)

3 Univoca autem dicuntur *usque illuc* eandem assignabit. (1a6-12 : 33.22)

4 Denominativa autem dicuntur *usque illuc* et a virilitate virilis. (1a12-15 : 37.1-2)

5 Eorum que dicuntur hec quidem secundum complexionem dicuntur *usque illuc* currit, vincit. (1a16-19 : 40.14-15)

6 Entium hec quidem de subiecto aliquo dicuntur *usque illuc* quedam enim grammatica eorum que in subiecto est. (1a20-b9 : 44.1-2)

7 In subiecto autem dico *usque illuc* neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. (1a24-b6 : 46.1-2)

8 Simpliciter autem individua et unum numero *usque illuc* nichil prohibet esse. (1b6-8 : 51.5-6)

9 Quando alterum de altero predicatur *usque illuc* homo enim quidam et homo est et animal. (1b10-15 : 51.28-29)

10 Diversorum generum et non sub invicem ordinatorum *usque illuc* et eius quod subicitur erunt. (1b16-24 : 54.22-23)

11 Eorum que secundum nullam complexionem dicuntur unumquodque *usque illuc* puta homo, album, currit. (1b25-2a10 : 60.11-12)

12 Substantia autem est que principalissime et primo et maxime dicitur que neque de subiecto aliquo dicitur neque in subiecto aliquo est, velut quidam homo aut quidam equus. (2a11-14 : 75.24-26)

J **8** prohibet (*A*)] κωλύεται

BaGfJmJvPb *Titulum supplevi* **1** *om. BaJv* nomen *ante* commune *Jm* : *post* commune *Ef* : *om. Gf* **3** eadem *JmJv* assignavit *GfJm JvPb* **4** *om. JmEfHcPv* **5** *om. JmEfHcPv* **6** grammatica + vel *Jm* **8** et unum numero *om. Jm* nichil — esse] de subiecto autem nullo dicitur *Jm* **9-11** *om. JmEfHcPv* **9** et²] ut *BaPb*

13 Substantia autem est propriissime et primo et maxime dicta que neque de subiecto aliquo dicitur neque in subiecto aliquo est. (2a11-13 : 80.15-17)

14 Secunde autem subtantie dicuntur *usque illuc* puta homo et animal. (2a14-19 : 83.30-31)

15 Manifestum autem ex dictis quod eorum que de subiectis dicuntur *usque illuc* rationem autem impossibile. (2a19-30 : 86 1-2)

16 Alia autem omnia vel de subiectis dicuntur primis substantiis vel in subiectis ipsis sunt ; hoc autem manifestum ex singularibus consideratis. (2a34-36 : 87.1-3)

17 Secundarum autem substantiarum species genere magis substantia *usque illuc* eodem autem modo et in aliis. (2b7-3a6 : 88.30-31)

18 Commune autem omnis substantie non in subiecto esse *usque illuc* quare non utique erit substantia eorum que in subiecto. (3a7-21 : 92.1-2)

19 Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare *usque illuc* qui enim animal dixerit amplius comprehendit quam qui hominem. (3b10-23 : 102.11-12)

20 Inest autem substantiis et nullum contrarium ipsis esse *usque illuc* determinatorum autem nullum nulli est contrarium. (3b24-32 : 105.22-23)

21 Videtur autem substantia non suscipere magis et minus *usque illuc* quare non utique suscipiet substantia magis et minus. (3b33-4a9 : 110.26-27)

22 Maxime autem proprium substantie videtur *usque illuc* in nullo autem aliorum videtur quod tale. (4a10-21 : 113.6-7)

23 Nisi quis instet orationem et opinionem dicens *usque illuc* quare proprium substantie erit idem et unum numero ens contrariorum esse susceptivum. (4a22-b18 : 118.4-5)

24 Quanti autem hoc quidem distinctum hoc autem continuum. (4b20 : 120.26)

25 Adhuc hec quidem ex habentibus positionem ad invicem *usque illuc* aliorum autem nullum ipsum secundum se, sed, si forte, secundum accidens. (5a15-b10 : 135.30-31)

J **14** illuc puta (*A*)] οἷον ὅτε **15** subiectis] ὑποκειμένου **25** si (*Arist. n*)] ἢ

BaJmJvPb **13-24** *om. JmEfHcPv* **13** est aliquo *transp. Jv* **21** et[1]] aut *Jv* **23** aliquis *Jv*

26 Adhuc quanto nichil est contrarium *usque illuc* non est ergo magnum parvo contrarium neque multum pauco. (5b11-6a9 : 141.10-11)

27 Maxime autem contrarietas quanti circa locum videtur existere *usque illuc* contraria diffiniunt. (6a12-18 : 147.23-24)

28 Non videtur autem quantum suscipere magis et minus *usque illuc* quare quantum non suscipit magis et minus. (6a19-25: 150.14-15)

29 Proprium autem maxime quanti equale et inequale dici *usque illuc* quare quanti maxime utique erit proprium equale et inequale dici. (6a26-35 : 151.9-11)

30 Ad aliquid autem talia dicuntur *usque illuc* denominative autem a dictis positionibus dicuntur. (6a36-b14 : 155.31-32)

31 Existit autem et contrarietas in ipsis ad aliquid *usque illuc* neque talium nullum. (6b15-19 : 175.13-14)

32 Videntur autem [ait] et magis et minus suscipere ipsa ad aliquid.[1] (6b20-21 : 176.19-20)

33 Omnia autem ad convertentia dicuntur *usque illuc* et sensibile sensu sensibile. (6b28-36 : 179.25-26)

34 At vero aliquando non videbuntur converti *usque illuc* manifestum quod omnia que ad aliquid ad convertentia dicentur. (6b36-7b14: 183.15-16)

35 Videntur autem que ad aliquid simul natura *usque illuc* quare prius utique sensu sensibile esse videbitur. (7b15-8a12 : 189.17-18)

36 Habet autem dubitationem utrum nulla substantia eorum que ad aliquid dicitur *usque illuc* dubitasse vero de unoquoque ipsorum non inutile est. (8a13-b24 : 197.1-3)

37 Qualitatem autem dico secundum quam quales quidam dicuntur. (8b25 : 206.1)

38 Est autem qualitas eorum que multipliciter dicuntur. (8b26 : 220.1)

39 Una quidem igitur species qualitatis habitus et dispositiones *usque illuc* dispositi autem non semper habitus habent. (8b26-9a13 : 228.4-5)

J **36** de unoquoque (*Arist.*)] ἕκαστον **39** dispositiones (*A*)] διάθεσις

BaJmJvPb **27** illuc] ibi *Jm* **31** et *om. JmPb* (*Pb add.*) **32** aliquid + usque illuc neque talium nullum *Jm* **33** convertentiam *Jm* **34** dicuntur *Jm* **37** autem] quidem *Jm* dicimur *Jv*

---

[1] Haec verba non ut lemma addita sunt sed commentario ipsi adscripta.

40 Alterum autem genus secundum quod cursivos vel pugiles vel valitivos vel egritudinales dicimus *usque illuc* molle autem eo quod impotentiam habeat eiusdem huius. (9a14-27 : 242.1-3)

41 Tertium autem genus qualitatis passive qualitates et passiones *usque illuc* quare passiones quidem dicuntur talia, qualitates autem non. (9a28-10a10 : 252.21-22)

42 Quartum autem genus qualitatis *usque illuc* qualia igitur dicuntur que denominative a qualitatibus dicuntur vel quomodocumque aliter ab ipsis. (10a11-b11 : 261.17-19)

43 Existit autem et contrarietas secundum quale *usque illuc* similiter autem et in aliis secundum quale contrariis. (10b12-25 : 277.12-13)

44 Suscipiunt autem et magis et minus qualia *usque illuc* quare proprium utique erit qualitatis simile vel dissimile dici secundum ipsam. (10b26-11a19 : 283.26-28)

45 Non oportet autem turbari *usque illuc* nullum inconveniens in ambobus generibus ipsum dinumerari. (11a20-38 : 291.19-20)

46 Suscipiunt autem facere et pati contrarietatem *usque illuc* de generibus quidem igitur sufficiunt que dicta sunt. (11b1-15 : 295.2-3)

47 De oppositis autem quot modis consuevit opponi *usque illuc* quare differunt hee oppositiones ab invicem. (11b16-38 : 382.1-2)

48 Quecumque autem ut contraria ipsorum quidem quod sunt nequaquam ad invicem dicuntur *usque illuc* puta quod neque bonum neque malum neque iustum neque iniustum. (11b33-12a25 : 385.30-32)

49 Privatio autem et habitus dicuntur quidem circa idem aliquid *usque illuc* sic et cecum esse ei quod est visum habere opponitur. (12a26-b5 : 392.15-16)

50 Non est autem quod sub affirmatione et negatione affirmatio et negatio *usque illuc* ita et que sub utroque res opponitur, sedisse ei quod est non sedisse. (12b6-15 : 396.28-29)

51 Quod autem privatio et habitus non opponuntur ut ad aliquid

---

J **46** autem + καὶ **48** quecumque ... quod[1]] τὰ ... ἅπερ **50** autem] + οὐδὲ

BaJmJvPb **40** genus + qualitatis *JmJv* **43** secundum[2] — contrariis] et cetera *Jm* **44** et[1] *om. JmPb* erit utique *transp. Jm* **45** dinumerare *Jv* **47** quod *Jm* **48** cumque (*sic*) *Pb* (*sed marg. add.* que) autem + contrariorum *Ba*

manifestum *usque illuc* non enim dicitur visus cecitatis visus. (12b16-25 : 397.29-30)

52 Quod autem neque ut contraria opponuntur que secundum privationem et habitum dicuntur *usque illuc* neque edentulus existens dentes produxit. (12b26-13a36 : 399.9-10)

53 Quecumque autem ut affirmatio et negatio opponuntur *usque illuc* quare in solis hiis proprium utique erit semper alterum ipsorum vel verum vel falsum esse. (13a37-b34 : 403.26-28)

54 Contrarium autem est bono quidem ex necessitate malum *usque illuc* in plurimis autem semper malo bonum contrarium est. (13b36-14a6 : 409.13-14)

55 Adhuc autem contrariorum non necessarium, si alterum sit, et reliquum esse *usque illuc* non utique erit id quod est egrotare Socratem. (14a7-14 : 412.11-12)

56 Palam autem quod et circa idem vel specie vel genere nata sunt fieri contraria *usque illuc* iustitia autem et iniustitia in anima. (14a15-18 : 413.16-17)

57 Necessarium autem omnia contraria *usque illuc* sed ipsa existunt genera quorundam. (14a19-25 : 414.20-21)

58 Prius alterum altero dicitur quadrupliciter *usque illuc* quare secundum quinque modos prius alterum altero dicitur. (14a26-b23 : 418.20-21)

59 Simul autem dicuntur *usque illuc* simpliciter autem simul quorum generatio in eodem tempore est. (14b24-15a12 : 424.2-3)

60 Motus autem sunt species sex *usque illuc* quare alii utique erunt motus ab invicem. (15a13-33 : 427.10-11)

61 Adhuc autem simpliciter quidem motus quieti contrarium *usque illuc* alteratur enim in contraria qualis transmutatione facta. (15b1-16 : 432.22-23)

62 Habere secundum plures modos dicitur *usque ad finem*. (15b17-33 : 436.14)

J **57** quorundam (*Arist.*)] *om.*
A **61** adhuc] ἔστι contraria (*Arist.*)] τοὐναντίον

BaJmJvPb **53** opponuntur *PbEf* : ponuntur *cett.* **56** autem² *om.* *BaJvPb* **60** erant *BaJv* **61** quidem *om. Jm*

5.

ANONYMI
PARAPHRASIS THEMISTIANA

(PSEUDO-AUGUSTINI CATEGORIAE DECEM)

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotatione paraphraseos Themistianae adhibitorum

Ld = cod. Romanus, bibl. Maristarum (sine numero) : saec. VIII-IX
He = Parisinus, bibl. nation., lat. 12949 : saec. IX
Gn = Sangallensis, bibl. monast. 274 : saec. IX-X
In = Bernensis, bibl. urb. C219 : saec. IX
Te = Parisinus, bibl. nation., lat. 1926 : saec. X

[*Gn*] = testimonium codicis *Gn* deest

Rarius citantur :

Av = cod. Mediolanensis, bibl. Ambros. B. 71 sup. : saec. IX
Be = Bernensis, bibl. urb. 300 : saec. XI
Ep. = Parisinus, bibl. nation., lat. 11129 : saec. XI
Fc = Parisinus, bibl. nation., lat. 7730 : saec. X
Fe = Berolinensis, bibl. publ. German., Phill. 176 : saec. X
Lg = Leningradensis, bibl. publ., F.V. cl. lat. 7 : saec. IX
Ps = Parisinus, bibl. nation., lat. 6288 : saec. X-XI
Sm = Abrincensis, bibl. munic. 229 : saec. X

Alc. = Alcuini *Dialectica*
Isid. = Isidori *Etymologiae*

Rarissimo citantur :

Du = cod. Dunelmensis, bibl. Capit. B.IV.6 : saec. XII
Fo = Aurelianensis, bibl. munic. 263 : saec. X
Gd. = Florentinus, bibl. Laurent., Gadd. 89 sup. 80 : saec. XI-XII
It = Vaticanus, bibl. Apost., Vatic. lat. 567 : saec. XII
Pr = Parisinus, bibl. nation., lat. 1750 : saec. X-XI
Vc = Vercellensis, arch. Capit. S. Eus. CXXXVIII : saec. IX
Wn = Vindobonensis, bibl. nat. Austr. 843 : saec. X

edd. = impressi libri quidam

TRACTATUS A.....I
DE CATEGORIIS ARISTOTELIS

Migne
[1] Cum omnis scientia disciplinaque artium diversarum non 1419
nisi oratione tractetur, nullus tamen, o fili, in quovis genere pol-
lens inventus est qui de ipsius orationis vellet origine principiove
tractare, idcircoque miranda est Aristotelis philosophi diligentia
qui, disserendi de omnibus cupidus, ab ipsius coepit examine
quam sciret et praetermissam a cunctis et omnibus necessariam.

[2] Is igitur nos docuit ex octo his quas grammatici partes
orationis vocant eam solam recte appellari orationis partem quae
indicaret aliquid vocabuloque signaret. Itaque solas orationis
partes, auctore Aristotele, nomen et verbum debemus accipere,
ceteras vero ex his fieri aut 'compagines orationis' potius quam
'partes eius' debere nominari : nomen namque personam demon-
strat, verbum quid quisque faciat quidve patiatur. [3] Dehinc,
hoc docente, debemus advertere quo compendio paulatim oratio,
coartata per gradus, cuncta quae sunt uno vocabulo capta con-
cluserit. Nam, cum sit diversa innumerabilisque mortalium nun-
cupatio nec comprehendi possit nominum tam lata diversitas,
uno tamen vocabulo cum 'hominem' dixeris noscis omnes ; simi-
liter cetera : equus ille Ξάνθος vel Αἴθων vel Δῖος [1] vel ille atque
ille ; et quamquam sit horum quoque nominum infinita com-

ALCUINUS, *Dialectica* (*P. L. vol. C*) 14-15 nomen — patiatur : 956A13-14

GnHeInLdTe 1-2 TRACTATUS (*om. Te* : INCIPIT TRACTATUS BEATI *Vc*) AUGUSTINI (AG- *Te* : *an scribendum* ALBINI ?) DE (IN *Vc*) CATHEGORIIS (CC- *Vc*) ARISTOTELIS (AIST- *Vc*) *EpTeVc* (*confer subscriptionem pag.* 175) : CATHEGORIAE (-TE- *Fe*) ARISTOTELIS AB AUGUSTINO (AG- *Fe*) DE GRECO IN LATINUM MUTATAE (MO- *He*) *HeFe* : INCIPIUNT CAT(H)EGORIAE ARISTOTELIS (-STOLIS *Sm*) AB AUGUSTINO TRANSLATAE *GnPsSm* : INCIPIUNT CATHEGORIAE (+ BEATI *Be*) AUGUSTINI (AGUT *Av*) *AvBe* : *inscriptionem om. LdInLg* 6 -que] quam *Ld* : -que quam *In* philosophi *om. In* 14 aut] et *InGn* : ut *Ep., Te* ? 14 debemus *HeTe* nominare *HeInTe* monstrat *LdTe* 20 nosces *Ld* 21 xantos *Te* : xamthus *Ld* : zantheos *He* : *XANTΘOC* vel *XANΘEOC Gn* : zantheus vel xanthus *In* estion *LdTe* : etheos *He* : ethios *In* : *om. Gn* dios (*ΔIOC Gn*) *vel sim. codd.*

---

[1] HOMERUS, *Ilias Θ*, 185.

prehensio, 'equum' tamen cum quis dixerit monstrabit omnes. Et si quis leonibus — quod fieri solet — vel bobus imponat nomina, in immensum tenditur uniuscuiusque cognitio, et acies mentis obtunditur ; sed, cum 'leonem' vel 'taurum' dixeris, omnes qui
1420 ubique sunt sub uno nomine naturae succidunt. [4] Verum orationis vis, quae infinita genera procreandi varietate singulis vocabulis colligaverat, parum fecisse visa est nisi eadem coacta in unum singulari nuncupatione concluderet ; ideoque et hominem et feram et equum dixit 'animal' dans cunctis nomen quod omnia possideret. Nec minus ea quae sine anima sunt brevi ex immensa demonstratione signavit ; nam, cum sit arbor et nucis et castaneae et glandis et mali ceteraque inexplicabilia genera virgultorum, 'surculum' vocans singulari omnia et communi vocabulo astrinxit. Similiter ornamentorum diversos lapides compendiose vocavit 'gemmas'.

[5] Postremo, licet abunde prospexerat dispersa passim genera speciali nota concilians, tamen ingenti quodam et capaci ad infinitum nomine omne quidquid est comprehendens dixit *οὐσίαν*, extra quam nec inveniri aliquid nec cogitari potest. Haec est una de categoriis decem. [6] Appellatas vero categorias constat propterea quod non possint nisi ex subiectis agnosci, *ὡς κατά τινων λεχθεῖσαι* ; quis enim quid sit homo possit agnoscere nisi aliquem sibi hominem ponat ante oculos quasi subiectum 'homini' ? [7] Ne autem, progrediente tractatu in quo plurimis exemplis opus est, eadem ad docendum nomina repetantur ac saepe accidat ut vel 'Hortensii' vel altius 'hominis' vel superius 'animalis' vel excelsius 'usiae' in fastidium frequentata exempla reciderent, alia his vocabula, quibus ad disserendum philosophi uterentur, inflexit. Itaque Hortensium et nucis arborem et equum Xanthum et his similia *αἰσθητά, ἄτομα, ἓν ἀριθμῷ, καθέκαστα* voca-

---

Isidorus, *Etymologiae* (ed. Lindsay) 20-24 : II.xxvi.14

GnHeInLdTe 2 quod fieri solet *om. In* 5 succedunt *Lg* 7 coartata *He* 12 et²] vel *LdInTe* 17 conciliasse *HeInGn* : concilia/sse *Te* capaci¸+ ingenio *InGn* 18 nomen *Ld* : nomen tendens *InGn* 20 vero] autem *Sm, Isid.* 21-22 os cata (k-*Te*) tinon (-os *In*) lectise (-kt-*Te* : -thisse *Ld*) *vel sim. codd.* 23 hominem sibi *transp. Isid.* 24 nomini *Isid.* (*praeter cod. T*) 30 xamthum *Ld* : xanteum (-th- *Gn*) *GnTe* : zantheum *In* esteta *vel sim. codd.* atoma *Ld* : athoma *He* : attoma *In* : *ΑΘΩΜΑ Te* anarithmo *Ld* : enarithma (*vel* enaritma) *HeInTe* : *ΑΝΑΡΙΘΜΑ Gn* catecasta *Ld* : kate- *InGnTe* : cathe- *He*

vit : *αἰσθητά* quod tactu sentiantur, *ἄτομα* quod dividi et secari nequeant (quis enim credat Hortensium caedi posse per partes ? 1421 quod si fiat, Hortensius iam non erit), *ἓν ἀριθμῷ* quod sint numeri unius, *καθέκαστα* quod singularia (neque enim haec in uno quovis geminari possunt). [8] Deinde altiora, id est hominem, equum, leonem, arborem ars dixit *εἴδη*, quasi partes generis et rerum formas ; dehinc superiora, id est animalia et virgulta et gemmas et lapides, 'genera' nuncupavit, ex quibus partes vel formae nascuntur. Eadem tamen 'genera', 'species' vel *εἴδη* nominari possunt quod habent excelsius aliquid, id est usian, ex qua oriri videantur et nasci. Ipsam vero usian, supra quam nihil est, 'genus' appellari voluerunt.

[9] His ita compositis, ea quae mente concepta signari et demonstrari possunt aggressurus, Aristoteles omisit illa interim quae de verborum ratione tractantur, cum in linguae usu provenerit ut uno nomine res multae et multis nominibus res una nuncupetur.

[10] His rebus quas unum nomen complectitur duo vocabula ars dedit, ut ex his alia 'omonyma' alia 'synonyma' vocaret. Omonyma sunt cum res quidem plures commune nomen accipiunt, interpretatione vero eiusdem rei separantur, ut homo pictus et verus ; in hoc namque idem nomen est ; verum si ad definitionem vel ad interpretationem 'hominis' redeas, invenientur ista disparia. Cum enim dixeris verum hominem animal esse quod risum capiat et vim rationis admittat, cum de picto non possis idem dicere, necessario inveniuntur esse disparia. [11] Regulariter autem accipere debemus omne nomen, licet proprium, quod possit esse commune cum ceteris 'omonymon' vocari ; ut 'Cicero' non unus sed plures. Sed si, omisso nomine, signis potius demonstrare velis quis sit ille Cicero, quis alius,

---

ARISTOTELES, *Categoriae* (ed. Bekker) 20-24 : 1a1-4
ALC. *Dial.* 20-26 omonyma — disparia : 955A14-B6 27-**132**.3 regulariter — nigro : 955C7-13

GnHeInLdTe 1 esteta *vel sim. codd.* atoma *Gn* : athoma *He* : attoma *Ld In* : *AΘΩMA Te* 3 enarithmo *Ld* : enarithma *vel sim. cett.* 4 cathecasta *vel sim. codd.* 6 *εἴδη*] eidem autem *Ld* : ethia (?) *He* : idea *In* : *EIΔH* id est *Fe* : etia / id est *Te* : *om. Gn* 9 *εἴδη*] eidem *Ld* : ethia *He* : etia *GnTe* : *om. In* 11 videntur *In* 20 commune] unum *He* 22 idem] unum *In, Alc.* 23 inveniuntur *InGnTe*

quis tertius, alia de alio signa narranda sunt, ut alium crassum dicas, alterum tenuem, vel longus dicatur alius, alter brevis, candido colore quis, alter nigro. Haec igitur, quoniam inter se discrepant solo sociata nomine, 'omonyma' dicta sunt, vocabulo iuncta, rei interpretatione discreta. [12] Synonyma vero sunt res quae et nomine et sui interpretatione iunguntur, ut est 'animal' : id enim de homine et de equo et fera et de avibus dici potest ; animal est quod cibum capiat, quod mortale sit, quod sensu moveatur.

[13] Nunc ad eas res quae singulae multis nominibus signari assolent veniamus, quamquam hanc partem Aristoteles — ut superius dictum est — praetermiserit idcirco quod de his quae significantur, non de his quae significant, disserendum putavit (in his autem non rerum sed nominum vertitur quaestio). Haec divisa sunt similiter in partes duas, et alia polyonyma, alia etheronyma sunt. [14] Polyonyma sunt, cum multa nomina unam rem significant, neque ulla de differentia nominum redditur ratio, ut 'ensis', 'mucro', 'gladius' : haec namque, cur unam rem tot significent, nec discerni nec definiri potest. [15] Dehinc etheronyma multis aeque nominibus res singulas tenent. Verum in his habet rationem diversitas nominum, velut est 'homo mortalis terrenus' : 'homo' ab humanitate, 'mortalis' a necessitate mortis, 'terrenus' a terra in qua cuncta gignuntur. [16] Claret igitur in his nominum originem quaeri in superioribus rerum ; quamobrem his omissis Aristoteles superiorum maluit movere tractatum.

[17] Ergo ad omonyma redeamus, quae dividuntur in partes duas : aut enim fortuitu fiunt aut hominum voluntate nascuntur. Fortuitu fiunt cum, quodam casu, simile quis alteri accipit nomen ; voluntate, cum similitudo nominis ex industria imponentis affigitur. [18] Horum autem quae industria vel voluntate

---

ARIST. *Cat.* 5-7 : 1a6-8

ALC. *Dial.* 5-9 synonyma — mortale : 955B7-10 16-19 polyonyma — significent : 955B10-14 19-23 etheronyma — gignuntur : 955B15-C5 27-**137**.12 aut[1] — attingere : 955C14-956A8

GnHeInLdTe 2 alterum] alium *He* alter (*om. Sm*) brevis + alius *InSm* 7 et[2] + de *GnAvSm* de[3] *om. HeIn* avibus] ov-*Ld* : bobus et avibus *In* 16 sunt[1] *om. GnIn* polyonyma sunt *om. Ld* cum] quando *He, Alc.* : quod *Ld* 17 de *om. Ld, Alc.* 18 namque] enim *GnFe* 19 cerni *LdTe* 21 velut est] ut *GnFe* : velut *Alc.* 21-22 terrenus mortalis *transp. GnFe*

nascuntur quattuor sunt genera : *εἰκών, κατὰ ἀναλογίαν, ἀπὸ ἑνός, πρὸς ἕν* ; ut eadem latinus quoque sermo declarat : similitudo, pro parte, ab uno, ad unum. Similitudo est ut 'homo pictus' et 'verus' ; sola enim similitudine copulatur. Pro parte est (quod κατὰ ἀναλογίαν Graeci vocant) ut, quo pacto 'principium animalis' cor dicimus, ita 'principium aquae' fontem dicimus : pro parte enim sui similitudo nominis videtur adiuncta. Ab uno est cum dicimus a 'medicina' 'medicinale ferramentum', 'medicina- 1422
lis scientia', 'medicinale praeceptum', 'medicinalis usus'; ab uno enim cuncta descendunt. Ad unum est ut 'illa potio salubris est', 'ille medicus salubris', 'ferramentum illud salubre' : haec enim cuncta unum, id est salutem, videntur attingere.

[19] Sed plerique movere assolent quaestionem de quibus magis Aristoteles voluerit inchoare tractatum : primo de iis quae sunt, secundo de iis quae percipiuntur, tertio de iis quae dicuntur. Primo : sunt, res omnes quas natura peperit ; secundo : percipiuntur, ea quorum imagines animo videndo formamus et condimus; tertio : dicuntur, illa quibus ea quae sunt impressa animis efferuntur (id namque quod quis concipit animo, lingua prosequente declarat). [20] Sed, ut erudito nostrae aetatis Themistio philosopho placet, de his Aristoteles tractare incipit quae percipiuntur quaeque ipse vocat graeco nomine *σημαινόμενα* sive *φαντασίας*, 'imagines rerum insidentes animo' ; verum, cum de perceptis proposuerit disputare, et de iis quae sunt et de iis quae dicuntur necessario locuturus est. Percepta enim ex his oriuntur quae sunt, quae videndo percipimus ; perceptorum autem deerit demonstratio nisi eorum quae dicuntur auxilio fuerint demonstrata. [21] Ergo, quamquam separatim postea ea quae sunt definiturus sit, mixtam tamen de tribus disputationem

---

ALC. *Dial.* 14-20 iis — declarat : 956B1-8 28-**138**.2 ergo — implorat : 956B8-12

GnHeInLdTe 1-2 Vcon cata analogian apoenos prosen *Ld* : *YKON.KATAANAΛOΓIAN.AΠO.EΠICPHN He* : *YKON.KATA.ANAAOGIAN.AΠOENOC. ΠPOCEN In* : *sim. cett.* 4 enim *scripsi* : // *Te* : in *cett., Alc.* copulantur *HeTe* 6 dicimus² *In, Alc.* : -amus *cett.* 7 etenim *In* 10 enim *Ps* : *om. LgVc* : in *cett., Alc.* iuncta *GnLg* 11 illud *om. GnFe* 12 coniuncta *LdHeTe, Alc.* : iuncta *Lg* 14-15 primum ... secundum ... tertium *Ld* 16 sunt + autem *LdTe* : + id est subsistunt *Gn* : subsistunt *In* omnes res *transp. GnInTe, Alc.* 18 animis] -i *Ld* : -o *GnIn* 19 quis] quisque *In* concepit *LdIn, (vel* -eperit) *Alc.* 21 philosopho *om. He* 22 simenomena *Gn, He* ? : *CIMENOMENA Te* : semenomena *vel sim. cett.* 25 ex] de *In* 28 fuerit *LdHe*

debemus accipere. Nam de perceptis qui loquitur, et originem rerum trahit et praesidia orationis implorat. Superfluam igitur quaestionem movet qui dicit scrutari oportere cur Aristoteles in principio suo omonyma detexerit, si de his quae percipiuntur fuerat tractaturus, cum liqueat non posse dici aliquid nisi quod perceptum fuerit, nec percipi aliquid posse nisi res fuerit de qua imago intuendo capiatur.

[22] His igitur cognitis, paronyma videamus quae sunt in omonymorum et synonymorum medio constituta, et quae nec paronyma dici possunt nisi in se habuerint utrorumque contractum (id est nisi et nomen omonymorum et negotium synonymorum videantur habere commune) ut a 'sapientia' 'sapientem' vel 'medicum' a 'medicina' dicamus ; eadem in medico quae in medicina et actus similitudo videtur et nominis. Propterea recte 'paronymum' dictum est quod aliunde nomen acceperit. [23] Verum, ne eadem videantur paronyma et omonyma quae ab uno dicuntur (id est ἀπὸ ἑνός), hanc differentiam debemus agnoscere, quod ipsa paronyma inter se quidem propter similitudinem nominis omonyma sunt, illius tamen nominis paronyma dicuntur unde nomen acceperint, ut puta a 'sapientia' dicamus 'hominem sapientem', 'sapiens consilium' : inter se haec omonyma sunt, ipsius vero sapientiae paronyma. [24] Observari tamen oportet ut commutationem ultimae syllabae habeant neque ita finiantur paronyma quemadmodum desinunt ea de quibus originem ducunt, ut 'medicina' et 'medicus' : 'medicina' aliis litteris clauditur, aliis 'medicus'. Hanc igitur differentiam nisi paronyma habuerint, et nisi cum synonymis negotio, cum omonymis nomine fuerint copulata, omonyma potius quam paronyma nominantur ; ut, si a 'malitia' 'vitiosum' dicamus, negotio quidem cum synonymis convenit sed ab omonymis discrepat nomine (neque enim 'vitiosus' et 'malitia' similia sunt, quamquam eodem intellectu sentiantur) ; quod si a 'malitia' dicatur 'malus', recte utrumque convenit. [25] In ultima

---

ARIST. *Cat.* 8-13 : *cf.* 1a12-15
ALC. *Dial.* 4 : *cf.* 955a6-7

GnHeInLdTe 2 trahit rerum *transp. He* 4 detexerit *scripsi* : lege (+ vel *LdTe*) dixerit vel detexerit *LdInGnTe* : lege (*om. Te*) detexerit vel dixerit *He* : (*cf.* omonymorum legem videamus *Alc.*) 7 capiatur (-itur *LgFe*) intuendo *transp. GnFe* 17 apoenos *vel sim. codd.* 20 acceperunt *He* puta] *an addendum* si ? 22-23 oportet tamen observari *transp. In*

vero syllaba non mutatur hoc modo, ut si dicamus a 'sapientia' 'verba sapientia'; hic, cum nulla syllaba commutata est, paronymi exclusa est nuncupatio. Unde constat haec et his similia omonymis potius debere coniungi.

[26] Scire etiam debemus verba aut simplicia esse aut certe coniuncta : coniuncta sunt 'equus currit'; simplicia, cum haec separantur et dicuntur singula, ut 'equus', 'currit'. Sed iam satis de his quae significant dictum puto.

[27] Restat ut † eorum quae sunt quo pacto Aristoteles trac- 1423
taverit enarremus. Sunt, igitur, illa quae aut percipimus sensibus aut mente et cogitatione colligimus : sensibus tenemus quae aut videndo aut contrectando aut audiendo aut gustando aut odorando cognoscimus ; mente ut, cum quis equum aut hominem vel quodlibet animal viderit, quamquam unum corpus esse respondeat, intellegit tamen multis partibus esse concretum (siquidem alia sit pars capitis, alia pedum ceterorumque membrorum, in ipso capite partes suas aures habeant, habeat propriam lingua, ipsae quoque partes singulae multa in se habeant quae dividi et separari possunt, ut caro sit aliud, aliud corium, aliud venae, aliud nervi, capilli aliud ; ergo haec mente vel intellectu colligimus ad quae nostri sensus penetrare non possunt). [28] Consideramus et illa, et animi intentione cognoscimus, vel hominem vel aliud animal crescere, senescere, nunc stare nunc movere gressum, modo angi curis modo securo pectore conquiescere, sanitate alias frui alias dolorem perpeti, ex nigro album, nigrum ex albo colorem mutare, peritum ex imperito, ex indocto doctum, ex mansueto ferum, ex feroci mansuetum. [29] Cum igitur, in iis quae sunt, alia sensibus, alia mentibus colligantur, separari haec propriis nominibus homines eruditi maluerunt, et id quod dinoscitur sensibus 'usian' dici, illud autem

---

ARIST. *Cat.* 5-7 : 1a16-19 9 : *cf.* 1a20
ALC. *Dial.* 10-15 sunt — concretum : 956B12-C4 23-27 vel[2] — doctum : 956C4-7 30-**140**.6 id — dixerunt : 956C9-D1

GnHeInLdTe 1 mutantur *He* si *om. LdInGnTe* 8 significantur *Ld* 9 eorum]////*He* : ea *in*//// *Gn* : ea *EpPs* : naturam eorum *Be* 16 sit]est *He* 18 lingua propriam *transp. He* 19 corium aliud *transp. HeAvBeTe* 22 et[1]] etiam *He* 23 crescere + vel *In, Alc.* senescere -+ seu decrescere *In* 26 nigrum *om. Gn* : *post* albo *In* colore *GnTe* mutari *GnBe* 27 feroce *He* : fero *In* 30 usian dici] iam dici *Ld* : iam dici usian *HeGnTe* : usian iam dici *In* : *cf.* usian id est substantiam dici *Alc.*

quod animi tractatu colligitur ac saepe mutatur *συμβεβηκός* (id est 'accidens') nominari voluerunt. Et quoniam in permanente usia ea quae accidunt inesse noscuntur, ipsam usian *ὑποκείμενον* (id est 'subiacens') et 'non-in-subiecto' appellari voluerunt, illa vero quae accidunt, *ἐν ὑποκειμένῳ* (id est 'in subiacenti') dixerunt. [30] Sine dubio tamen illud oportet a nobis agnosci, ut potiorem usian accidentibus dicimus, sic potius *ἄτομον* vel *καθέκαστον*, id est hunc hominem vel hunc leonem, iis quae fuerint communia vel communi vocata 'animalium' nomine iudicare.

[31] Rursus ad ea quae significantur Aristoteles regressus est, quot modis ea quae sunt significari assolent monstraturus. Ex his igitur quae sunt, alia de subiecto significantur et in subiecto non sunt ; ut est homo, de subiecto quidem significatur aliquo homine (neque enim 'homo' dici posset nisi esset aliquis de quo diceretur), in subiecto autem nullo est, cum ipse sit usia quam superius diximus in nullo umquam subiacenti esse quippe cum sit ceteris ipsa subiecta. Alia vero nec in subiecto sunt nec de subiecto significantur ; ut est Cicero nec in subiecto est, quia usia est, nec de subiecto aliquo significatur, siquidem a se ortum vocabulum teneat neque intellegi possit aliunde. [32] Dicta sunt duo quae ad usian pertinent quo pacto significentur, quorum superius *κοινόν* (id est commune), inferius *καθέκαστον* (id est pro parte) dicitur. Nunc ea quae sunt ex accidentibus, quonam modo significentur dicendum est. [33] Sunt igitur ex iis alia quae et in subiecto sint et de subiecto significentur, ut est scientia vel color (sunt enim in subiecto aliquo, id est in animo vel corpore ; neque enim scientia potest esse nisi sit anima subiecta qua contineatur, nec significari scientia possit nisi de subiecta grammatica ; vel color quisquam esse possit nisi in subiecto corpore, nec signifi-

---

ARIST. *Cat.* 10-15 : 1a20-22 16-17 : 1b3-6 24-25 : 1a29-b2

GnHeInLdTe 2 maluerunt *Sm, Alc.* 3 ypokimenon *He* : *ΥΠΟΚΗΙΜΕΝΟΝ Gn* : ypocimeno *Ld* : *ΥΠΩΚΙΜΕΝΩ In* : *sim. cett.* 5 enypocymeno (-k- *He*) *vel sim. codd.* 7 atomon *GnHe* : att- *Ld* : act- *In* : *sim. cett.* 8 catecaston *vel sim. codd.* 13 est *om. He* 22 coenon *vel sim. codd.* pro parte] singulare *He* : singulare id est pro parte *Sm* 24 dicitur *om. He* 25 sint] sunt (*an recte* ?) *He* 27 esse potest *transp. He* 28 subiecta (-o *LdAv*) + definiendo an *Ld* : + aliqua *Gn* : + arte ut *Be* : + ||||||||!||| *Av* grammatice *Ld*

cari possit nisi de subiecto aliquo colore ; ita fit ut et in subiecto sint et de subiecto significentur). [34] Alia vero sunt ex iisdem συμβεβηκόσι (id est accidentibus) quae in subiecto quidem sunt sed de subiecto minime significantur ; ut est haec grammatica vel hic albus color, in subiecto quidem sunt animo vel corpore, de subiecto autem non significantur (neque enim his aliunde vocabulum pendet, sed suo et speciali nomine designantur). In iis quoque superius accidens 'commune' nominamus, inferius (ubi iam certa res est) 'pro parte', hoc est καθέκαστον, dicitur.

[35] Verum ne aliquid non apertum praeterire Aristoteles existimaretur et oriundis quaestionibus occasionem dare, de eo quod in subiecto est voluit tractare diligentius ac definire quid esset, ut calumniantibus aditus clauderetur. Definit ergo in subiecto esse quod in altero est aliquo, non ut pars sit quaedam, neque sine eo in quo est potest umquam esse. Haec definitio addita propterea est, quia dici posset et digitum vel pedem in subiecto esse, id est in corpore ; hoc igitur exclusit cauta definitione, dicendo id esse in subiecto quod pars eius non sit in quo est (digitum autem vel pedem partem esse corporis constat). [36] Dehinc a calumniantibus dici posset aquam vel vinum in quodam cado quasi in subiecto esse ; sed id oriri docta definitio non sinit, addens id esse in subiecto quod sine subiecto esse non possit (vinum autem vel aquam sine cado in quo fuerit posse esse alibi non potest dubitari). 1424

[37] Interea hoc loco debemus advertere qua arte definitio disponatur. Primum enim hanc per immensum tendi oportet, incipientem a genere, dehinc paulatim currendo per partes pervenire debet ad id in quo solum est id quod definitur. Ut ii qui signa formant primo immensum subdeligunt lapidem, dehinc paulatim minuendo et abscidendo superflua ad formandos vultus et membra perveniunt ; sic definitio a genere incipiens, depulsa paulatim generalitate verborum, ad proprium demonstrandae rei cubile tendit accedere.

ARIST. *Cat.* 2-6 : 1a23-29 13-15 : 1a24-25
ALC. *Dial.* 26-33 primum — accedere : 966c12-d6

GnHeInLdTe 1 colore aliquo *transp. He* 3 simbebicotis *vel sim. codd.* 5 color albus *transp. In* 7 his *LdGnTeSm* 13 esset + accidens *InGn* 20 dehinc + autem *He* 24 alibi esse *transp. In* 28 est] esse possit *In* 30 comminuendo *In*

[38] Sed ad propositum revertamur ; tractatus enim de iis erat quae sunt quemadmodum significentur. De quibus quoniam multa iam dicta sunt, illud regulariter tenendum nobis est, omnia καθέκαστα vel ἓν ἀριθμῷ vel ἄτομα vel αἰσθητά, id est hunc hominem vel hunc equum vel hanc arborem de subiecto significari non posse ; sin vero, haec eadem de accidentibus fuerint, id est hic color, haec disciplina in subiecto esse † posse (quemadmodum enim superius demonstratum est, omne accidens sine subiecto esse non potest). Docti igitur sumus quo pacto vel subiectum vel in-subiecto possimus agnoscere.

[39] Dehinc nos Aristoteles docet et illa quae de subiecto significantur qua ratione noscamus. In his autem speciale illud est quod eadem in ipso subiecto inveniuntur, quae sunt in eo quod de subiecto significatur. Ut enim animal de subiecto significatur homine vel equo, sic et homo de subiecto aliquo homine significetur necesse est ; Cicero autem et homo est et animal. Quaecumque igitur praedicari de animali possunt, eadem et de homine et de Cicerone praedicantur. [40] Quapropter ea quae in eo quod de subiecto significatur inveniuntur, et in eo quod subiectum est necesse est inveniri ; ut, si dicas « animal est quod cibum capiat, quod mortale sit, quod sensu moveatur », animal autem de subiecto significatur homine, eadem tamen et de homine dici necesse est quae de animali dicta sunt. Deinde quae de homine dicta fuerint, eadem et de Socrate ; certum autem est Socraten subiectum esse homini, hominem autem animali. [41] Quidquid igitur in iis quae de subiecto significantur dictum fuerit, idem et de iis quae subiecta dicimus praedicabitur. Regulariter autem illa de subiecto significantur quae per se ipsa cognosci non possunt ; ut animal intellegi non potest nisi de subiecto homine, sic homo adverti non potest nisi de subiecto aliquo homine dinoscatur.

[42] Nunc, quoniam de categoriarum omnium generibus et speciebus et differentia locuturus est, inspiciendum primum vi-

---

Arist. *Cat.* 11-16 : 1b10-13

GnHeInLdTe 3 iam *ante* multa *Gn* : *post* dicta *In* est nobis *transp. In* 4 enaritmo *Fe* : anarithmo *Ld* : enarithma *vel sim. cett.* estheta *vel sim. codd.* 5 significare *HeTe* 9 non potest esse *transp. LdTeSm* : [*Gn*] 10 possumus *LdInTe* 16 et animal est *transp. He* 24 autem *om. He* : *post* est (25) *Sm* 30-31 sic — dinoscatur] //////////////// *He*

detur quid sit genus, quid species, quid differentia. [43] Genus est igitur quod secundum multa et differentia quid sit specie ostenditur atque significatur, ut est usia ; omnia quidem 'usian' dicimus, sed hoc commune nomen specie separatur cum dicimus 'animal' vel 'lapidem' ; ita fit ut, uno quasi coniuncta vocabulo, specie separentur. [44] Differentia vero est quae secundum multa et differentia, non quid sit sed quale sit specie praedicatur, ut est animal 'gressutum, volatile, aquatile, bipes, quadrupes'. Et genus ergo et differentia specie significantur, sed genus quid sit, differentia autem quale sit specie possunt agnosci. [45] Species autem est (quam quidam et 'formam' vocant) quae secundum multa et differentia quid sit numero praedicatur atque agnoscitur, 1425 ut est 'homo'. Hoc nomen homines cunctos amplectitur, et videtur idem facere quod species quae de aliquo homine praedicatur, qui numerum in seipso contineat ; id est hic primus, ille secundus, ille tertius. [46] Ut tamen haec tria uno exemplo monstremus, genus est 'animal', differentia 'bipes, quadrupes', species 'homo, equus'. Sed ut genus nullum est quod non habeat differentiam, sic nec differentiam intellegere debemus quae species non habebit, ut nigrum et album non habent differentiam propterea quod ex se species non emittunt (quae enim alia species inveniri potest albi vel nigri ?).

[47] Quoniam igitur quid sit genus, quid differentia, quid species separatum est, ad Aristotelis iam dicta veniamus. † Hoc etenim † eorum generum quae inter se diversa sunt nec differentias easdem posse esse nec species ; alia enim et species et differentia est dum quaeritur quid sit, alia dum quale sit, alia dum quantum sit ; ut, si velis animalis dicere differentiam, dicas 'volatile, bipes, gressutum', si velis speciem, dicas 'hominem' vel 'avem' vel 'equum'. Numquidnam et de disciplina eadem differentia vel species dici potest ? Propterea quod genera diversa sunt animal et disciplina ; animal enim categoria est usiae, disciplina categoria qualitatis. [48] Denique illa genera quae al-

---

ARIST. *Cat.* 25-31 : 1b16-20

GnHeInLdTe 2 igitur est *transp. GnTe* 2-3 species ostendit atque significat *Ld* 4 cum *om. Ld* : enim (*post* dicimus) *InTe, Gn ex corr.* 10 qualis *HeIn* : -es *Ld* 12 quod *LdIn* cognoscitur *LdInTe* 14 quae (*ex correct. He*) *om. LdGn* : cum *AvBePs* 15 id] ut *He* 16 ille] iste *InTe* monstremus exemplo *transp. He* 18 habet *LdIn* 29 hominem dicas *transp. In*

terna sibi societate coniuncta sunt, easdem differentias et easdem species habent, ut est usia : huius species est animal, sed idem animal genus est ceteris, ideoque et species et genus dicitur. Quoniam igitur haec duo genera invicem se tenent (quae Aristoteles quoque *ὑπ' ἄλληλα* nominavit), easdem differentias habent ; ut, si dicas usian esse animal mortale, bipes, risus capax, eadem et de animali potes dicere : « animal est homo bipes, risus capax, mortalis » (eadem et de homine potes dicere : « homo est animal mortale, bipes, risus capax »). [49] Certum est ergo invicem sibi coniunctis generibus easdem et species et differentias inveniri, in diversis autem generibus hoc provenire non posse.

[50] Rursus Aristoteles ad ea quae dicuntur revertitur, quamquam superius dixerimus alterum sine altero tractari non posse (nam et qui dicit aliquid, de eo dicit quod est, et id quod est non potest ab altero intellegi nisi dicatur). [51] Eorum ergo quae nulla sui copulatione dicuntur, quodcumque singulare dictum fuerit aut usian significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut iacere aut facere aut pati aut ubi aut quando aut habere. Hae sunt categoriae decem, quarum prima usia est — scilicet quae novem ceteras sustinet — reliquae vero novem *συμβεβηκότα* (id est accidentia) sunt. [52] Ex quibus novem sunt alia in ipsa usia, alia extra usian, alia et intra et extra. Qualitas, quantitas et iacere in ipsa usia sunt (mox enim ut usian vel hominem vel equum dixerimus, advertamus necesse est bipedalem, tripedalem, aut album aut nigrum, aut stantem aut iacentem ; haec in ipsa sunt, et sine hac esse non possunt). [53] Alia sunt extra usian : ubi, quando, habere (et locus enim ad usian non pertinet, et tempus et vestiri vel armari ab usia separata sunt). [54] Alia sunt communia, id est et intra et extra usian : ad aliquid et facere et pati ; ad aliquid, ut maius et minus (utraque enim dici non possunt nisi coniuncto altero quo maius sit vel

---

ARIST. *Cat.* 15-19 : 1b25-27 22-**145**.6 : *cf.* 1b28-2a4
ISID. *Etym.* 21-30 : II.XXVI.13
ALC. *Dial.* 22-**145**.5 alia[1] — patiatur : 956D8-957A7

GnHeInLdTe 2 cuius species animal est *In* 5 ypallela *He* : ip- *GnTe* : ep- *Ld* : *HYΠΑΛΛΕΛΑ In* : *sim. cett.* 8 mortale *He* : [*Gn*] 11 provenire] inveniri *In* 13 diximus *GnTe* 19 haec *In* 22 et[1] *om. HeIn* 23 vel] id est *He* 24 bipedalem + aut *He* 26 ipsa + usia *HeGn* hac *om. Ld* : haec *Gn* : ipsa *In, Alc.* 28 vel] et *HeIn* 29 et[1] *om. He* 30 et[3] *om. LdTeSm*

minus ; propterea ergo unum in se habent, aliud extra se). Item facere et extra est et intra ut caedere quisque dici non potest nisi alterum caedat, vel legere nisi ipse legens aliud sit, aliud quod legit (ita ergo et in usia est et extra). Pati similiter ; caedi enim vel uri nullus potest nisi ab altero patiatur ; propterea hoc quoque et in usia est et extra usian.

[55] Haec igitur, cum singularia sunt, nihil affirmant, copulata vero faciunt ex se aliquem sermonem ⟨...⟩ vel *προστακτικόν* vel *εὐκτικόν* vel *ἐρωτηματικόν* vel *ἀνακλητικόν*, id est (ut haec quoque latino ore monstremus) vel imperativum vel optativum vel interrogativum vel vocativum. Haec quoque sermonis quasi quattuor genera suspensa sunt interim, ideoque semiplena ; neque enim iam intellegitur vel quid imperatum sit vel quid optatum vel quid interrogatum vel quid vocatum, nisi accesserit genus *ἀποφαν-* 1426
τικόν (id est pronuntiativum) quod habeat in se quandam confirmandi sententiam quae aliquid aut addat aut demat (quod Aristoteles *κατάφασιν* et *ἀπόφασιν* dixit) ; ut est 'coelum hoc volubile est', 'coelum hoc non est volubile'. [56] Ipsum deinde pronuntiativum (quod diximus *ἀποφαντικόν*) aut falsum est aut verum. Quamobrem, omissis illis quattuor quae magis ad grammaticos vel oratores pertinent, huius apofantici — quod philosophos attingit — Aristoteles habuit mentionem.

[DIVISIO SUBSTANTIAE]

[57] Expositis ergo omnibus quae disputaturis necessaria videbantur, singulas categorias oportuit definiri. Sed usian, quoniam secundum artem definiri non poterat — quae praecipit ut definitio, quo possit tendi latius, a genere sumat exordium, ipsa autem usia genus non habet cum omnia ipsa sustineat —,

---

ARIST. *Cat.* 7-8 : 2a4-7 14-20 : *cf.* 2a4-8

GnHeInLdTe 2 et[1] *om. In, Alc.* non potest dici *transp. HeGn* 4 usia + haec *GnLgAv* et extra *om. LdGnTe* 5 haec *LdInTe* 8 prostacticon *vel sim. codd.* 9 *εὐκτικόν edd.*] logi vel eycticon *Fc* : logi escticon *Ld* : legiekticon *He* : logiesticon *vel sim. cett.* erote maticon *Ld* : eromaticon *HeGn* : *HPΩATICON In* : *EPOΘYEMATIKON Te* anacleticon *vel sim. codd.* id est *om. He* 13-14 imperavitum... optativum... interrogativum...vocativum *In* 14 apofatikon *vel sim. codd.* 17 catafasin et apofasin *vel sim. codd.* 18 denique *HeGn* 19 apofatikon *vel sim. codd.* 21 apofantici *Ld* : apofatici *vel sim. cett.* 23 DIVISIO SUBSTANTIAE *om. In* 25 usia *In*

per partes eam voluit definire, ut quid sit, non solum eius definitione, verum partium quoque cognitione noscatur. Est igitur usia proprie et principaliter dicta quae neque in subiecto est neque de subiecto significatur, ut est hic homo vel hic equus. [58] Secundae dicuntur usiae genus et species, id est animal et homo. Has ergo 'secundas substantias' nominari dicit propterea quod illa sit potior quae neque in subiecto est neque de subiecto praedicatur. 'Secundae' autem 'substantiae' idcirco dictae sunt genus et species quod solae indicent primam ; ut, si quis nolit vel nesciat dicere 'Socraten', dicat 'animal' vel 'hominem', id est genus vel speciem. His vero dictis, quid sit Socrates agnoscitur ; aliud autem si dicat, vel 'currit' vel 'ambulat', nihil possit agnosci. [59] Manifestum est autem ea quae de subiecto significantur cum iis quae subiecta sunt et nomen et rationem nominis habere communem ; ut 'homo' de subiecto significatur aliquo homine, sed non solum nomen, verum etiam rationem eandem in subiecto invenies quam in eo quod de subiecto significatur poteris invenire. [60] Ipsarum deinde secundarum usiarum potior est species genere ; magis enim proxima est species primae usiae quam genus. Si enim quis velit ostendere quid sit prima usia, facilius monstrabit si dixerit speciem quam si dixerit genus ; ut, si quis Socraten volens dicere, omisso eius nomine, magis eum significet si 'hominem' dixerit quam si 'animal' ('animal' enim et equum et aquilam possumus agnoscere). Deinde, ut primae substantiae subiectae sunt omnibus et his omnia continentur, ita etiam species generi, atque ideo magis usia ista quam cetera. [61] Videndum est etiam ne, quam speciem solum putamus, eadem sit et genus (ut, si quis 'animal' dixerit, dixit et genus) ; dehinc, si dicat 'hominem', 'equum', 'piscem', 'avem', pronuntiemus omnia solas species esse ? Cum enim sint homo et equus, species manifestae sunt ; piscis autem et avis, et genera et species (non enim

---

ARIST. *Cat.* 2-6 : 2a11-16 8-9 : 2b29-31 10-12 : 2b31-35 13-17 : 2a19-24 18-23 : 2b7-12 24-26 : 2b15-22

GnHeInLdTe 2 quoque partium *transp. HeGn* noscatur + DIFFINITIO USIAE *He* 6 haec *LgFcFoSm* 10 Socraten dicere *transp. Ld* 12 ambulat] album vel ambulat *LdTe* : ambulat |||||| *He* : album *Wn* 17 quam] quae *InAvFo* : [*Ld*] poterit inveniri (-e *Ld*) *InAvFoLd*, ? *Gn* 20 quisque *LdInTe* 27 solam *He* 28 et *om. LdTeSm* deinde *InPr* 29 pronuntiemusne *Pr* 30 esse species *transp. In* enim] ||| *He* : nam *LdTe* sit *He* manifestum *TeBePs* 31 sunt] ||| *HeGn* : est *TeBePs* : *post* species *In*

una est forma avium vel piscium) ; propterea ergo et 'species' et 'genera' nominantur. Illae autem quae species solum sunt, id est homo, equus, aquila, taurus, aequa virtute usia sunt ; ut enim homo usia est, sic et equus et aquila et taurus [in suo].

[62] Decursis igitur partibus per quas usia definita est, et alio modo voluit eam definire si ostenderet ea quae necesse est in ea naturaliter inveniri. Ea enim quae insunt cuique, aut in solo et in omni, aut in solo et non in omni, aut in omni et non in solo, aut nec in solo nec in omni (haec Graeci vocant *ἐν μόνῳ καὶ παντί, ἐν μόνῳ καὶ οὐ παντί, ἐν παντὶ καὶ οὐ μόνῳ, ἢ οὔτε ἐν μόνῳ οὔτε ἐν παντί*). [63] Ut si, hominem definire volens, dicat 'risus capacem esse' ; hoc et in solo est et in omni (solus namque homo ridet et cunctis ridere naturale est). In solo et non in omni ; ut ⟨si quis⟩ definiens hominem 'capacem disciplinae' dicat esse (hoc in solo quidem homine inveniri potest, non tamen in omni ; neque enim omnes disciplinas aliquas didicerunt). In omni et non in solo ; ut si quis hominem definiens dicat id esse hominem quod ambulat, quod cibum capit (hoc in omni quidem est homine, non tamen in solo ; nam et pecudes cibum capiunt et ferae currunt). 1427 Nec in solo nec in omni ; ut si quis in hominis definitione id esse dicat hominem quod album est (nec in solo nec in omni est ; neque enim aut homo solus candidus invenitur, et non bos aut equus, aut omnis homo albus est). [64] Duo ergo sunt quae ad investigandum aliquam viam monstrant, et duo quae certum aliquid significare non possunt. Id quod est nec in solo nec in omni, nihil ex hoc possumus agnoscere siquidem generale est ; alterum in omni non in solo non habet differentiam, propterea-que similiter respuendum est. [65] Duo sunt reliqua, quae certis signis id in quo fuerint poterunt demonstrare, id est in solo et in omni (dubitari enim non potest quin, cum inveneris, pro-

---

ALC. *Dial.* 7-23 ea — est : 957A9-C2 24-25 ad — possunt : 957C7-9

GnHeInLdTe 1 vel] et *He* 2 id] sicuti *LdTe* 3 homo + et *In* : + est *Ld* 4 in suo (+ genere *HeGn*) *expunxi* : *an legendum* usia(e) ? 5 et] etiam *post* alio *He* 6 eam (ea *Te*) voluit *transp. LdInTe* 8 nec] non *LdTe* 9 omni (*an addendum* sunt ?) + esse necesse est *Alc.* 9-11 en mono cepanti en mono ceupanti en panti ceumono heute en mono uti panti *Ld, Alc.* : en mono kipanti en mono kioypanti en panti kai oy mono. oyte en mono oute en panti *He* : *sim. cett.* : *accurate Graecis litteris Te, et marg. Av* 11 hominem + quis (*an recte* ?) *Alc.* 13 si quis *In, Alc.* : *om. cett.* 15 invenire *LdGn* 18 capiat *InLg, Alc.* 21 hominem dicat *transp. HeGn* 22 aut[2]] et *LdTe* : *om. In*

nunties quid sit id in quo inesse cognoscitur) ; alterum est in solo non in omni, non quidem virtutis eiusdem, verumtamen quod ad definiendam rem necessario quaerendum sit si primum non potuerit inveniri.

[66] Nunc igitur, ut designet usian, ab in-omni-non-in-solo argumentari incipit cum demonstrat esse secundas usias, quas idcirco secundas dicit esse quia id in his inveniri poterit quod in primis. Denique dicit commune hoc esse cuilibet usiae, ut in subiecto non sit. [67] Cum igitur nec genus nec species in subiecto inveniantur, manifestum est haec 'secundas usias' debere nominari. Deinde hinc quoque ostendit genus et speciem secundas usias esse, quod omnia quae sunt cum iis quae sibi subiecta sunt interdum solum nomen, non tamen et rationem possunt habere communem ; genus autem et species cum subiectis (id est cum aliquo homine) certam et rationis habent et nominis societatem.

[68] Monstratis ergo secundis usiis, id est genere et specie, differentia sola restabat quae, consideranti diligentius, quasi accidens videtur esse ; siquidem 'bipes' vel 'mortale' vel 'rationale' cum animal dicitur, non quid sit sed quale sit potius demonstratur, ideoque videtur vim tenere qualitatis. Verum quando a genere prima oritur differentia, et sic sequitur species, in accidentibus non debet numerari. [69] Atque ideo Aristoteles eam significatione quidem mixtam dixit esse, virtute autem inter usias habendam decrevit ; eadem enim in hac inveniri pronuntiat quae et in ceteris substantiis reperiuntur, id est cum subiecto posse et nomen et rationem habere consimilem (cum enim 'gressutum hominem' dicimus, in subiecto idem et vocabulum et eius rationem eandem possumus invenire ; Socrates enim et homo est et gressutus). [70] Similiter sequitur cetera argumentando variata, demonstrans quaedam inesse usiae quae sola et omnis habeat, quaedam quae sola et non omnis, quaedam quae omnis et non sola, quaedam nec sola nec omnis. Quae, quoniam in Aristotele ipso manifesta sunt, superfluum visum est aperire, maxime cum

---

ARIST. *Cat.* 8-11 : 3a7-10 11-16 : 3a15-20 17-30 : *cf.* 3a21-28 30-33 : *cf.* 3a33-4b19

GnHeInLdTe 1 inesse] esse *He* 8 cuiuslibet *LdIn* 10 inveniantur *edd.* : -untur *codd.* 25 et *om. In* 27 et rationem] rationemque *He* 29 et[1] *om. In* 30 prosequitur *In* 33 quaedam (quae ? *Ld*) + quae (*an recte* ?) *He*

hic sermo non transferre omnia quae a philosopho sunt scripta decreverit, sed ea planius enarrare quae rudibus videbantur obscura.

[DE QUANTITATE]

[71] Descripta igitur usia, quoniam definiri non potuit propter eas causas quas superius memoravi, accidentium definitionem necessarius ordo poscebat. Quorum primum est quantum, nec sine causa ; nam, cum aliquid viderimus, id necesse est quantum sit aestimare. Quantum vero sit inveniri non potest, nisi fuerit adhibita mensura collectum. [72] Si ergo, omissa latitudine, solam quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensurae subiecta γραμμή dicitur ; non quod sit longitudo aliqua quae careat latitudine, sed quod solam quis metiens longitudinem γραμμήν dicitur metiri. Emensa vero cum longitudine latitudo dicitur ἐπιφάνεια. Sin autem et altitudo fuerit mensurae sociata, corpus cuncta perficiunt ; quod tamen non ita accipimus quemadmodum solemus accipere naturale, ne ad usian reverti videamur. [73] Deinde metimur et locum in quo aliquid constitutum est. Tempus quoque mensurae subicitur ; nam, cum movetur aliquid, ipso motu necesse est et temporis habere 1428 mensuram cum dicimus 'primo' vel 'secundo' vel 'tertio anno pervenit', et 'mense' vel 'die' vel 'hora' vel 'momento'. [74] Hoc modo igitur quantum sit quidque colligitur ; ipsius autem quanti aliud est cohaerens, aliud separatum. Cohaerens est gramme, epiphania, corpus, locus et tempus ; in his enim singularum partium terminos non potest habere mensura. [75] Simul namque ut grammes medio punctum figens quasi certum mensurae terminum dederis, utrarumque partium quae, divisa gramme, factae sunt, fit terminus ille communis, ut incertum sit cui parti affixus terminus videatur ; adeo sibi pars utraque cohaeret atque coniuncta est. [76] Epiphania quoque, simili de causa, conexa dicitur et cohae-

---

ARIST. *Cat.* 22-24 : 4b20, 23-25 25-**150**.19 : *cf.* 5a1-14
ALC. *Dial.* 6-8 nec — aestimare : 957D1-2 10-15 longitudo — perficiunt : 957D12-958A4

GnHeInLdTe 2 plenius *HeGn* 4 quia *He* 6 adposcebat *LgAv* 11 gramme (-ae *Ld*) *vel sim. codd.* quo *LdGn* 13 gramme *InGn* metiri (emetiri *He*) dicitur *transp. Ld* 14 epifania *vel* epiph- *codd.* 21 et] vel *LdInTe* 24 et *om. In* 25 grammae *GnSm* : -e *In* : gram̄ *Ld* : gramme in *Te* 28 fixus *LdTe*

rens ; denique si quis hanc dividere voluerit, in eius medio grammen ponat necesse est, haec gramme quae epiphaniam dividit cum ex hac duas partes fecerit. Ipsarum duarum partium ipsa gramme terminus incipit esse communis ; sic enim sibi conexa est ut non appareat cui terminus videatur infixus. [77] Similiter corpus si quis secare voluerit, dividendi corporis terminus gramme vel epiphania sit necesse est ; ipsa enim praecisio quam gramme facit cum epiphania necesse est descendat in corpus ; atque ideo incertum est sive gramme sive epiphania cui parti terminum dederint, cum, diviso corpore, in utraque parte epiphaniam necesse sit reperiri. Ideoque corpus cohaerens est in quo faciendarum duarum partium communis est terminus. [78] Temporis quoque similis ratio est cui dividendo, si velimus terminum dare, dicamus 'modo'. 'Modo' autem inter praeteritum et futurum tempus ita confusum est, ut incertum sit quo debeat separari. Locus autem, quoniam corpus quodcumque circumdat et corporis partibus occupatur, ita communi termino partitur quemadmodum partitur et corpus, ac propterea necesse est eum 'cohaerentem' ut cetera nominari.

[79] Separata vero sunt numerus et oratio. Quis enim non advertat propriis terminis unum separatum esse a duobus, duos a tribus ? Et in oratione singulae syllabae separatae sunt ; et natura enim et numero segregantur cum alteram 'brevem' dicimus alteram 'longam', et 'unam' vel 'duas'. Nimirum apparet haec quae diximus et ad quantum pertinere et 'separata' oportere nominari.

[80] Horum quantorum est et alia differentia ; nam ex his alia sunt quorum partes positionem habeant ex qua possit agnosci quae pars cuique iungatur, alia vero quorum partes positionem habere non possunt. Positionem autem dico cum videmus cuiusque rei dexteram, laevam, superiora, inferiora, ante, post, longe, iuxta. [81] Sunt ergo quorum partes sibi manifesta positione iunguntur haec : gramme, epiphania, corpus, locus. Sive enim in

---

ARIST. *Cat.* 20 : 4b22-23 20-26 : *cf.* 4b25-37 27-29 : 4b21-22, 5a15-16 32-**151**.4 : *cf.* 5a17-23

GnHeInLdTe 2 grammae *HeInGn* dividet *Ld* 10 dederit *InLg* : -ret *Te* 13 est ratio *transp. BeSm* 18 eum necesse est *transp. LdInTe* 20 sunt vero *transp. In* 27 his + quantis *He* 28 habent *Sm* 29 vero *om. InPs* 33 locus corpus *transp. He*

gramme sive in epiphania sive in quolibet horum positis terminis partes feceris, quamquam sibi cohaerentes videantur atque coniunctae, tamen adverti corporaliter licet quae pars ubi sit, cui vicina sit, cuique iungatur. [82] Sunt vero quorum partes positionem non habent haec : tempus, numerus, oratio. 'Unum' enim cum dicimus (ipsum numerum solum dicentes, non aliquid corporaliter numerantes), non videmus eius dexteram vel sinistram : quippe cum in verbo sit et in nullo sit corpore, positionem suarum partium non potest demonstrare ; nisi forte ordinem dixerimus, quod unum sequuntur duo ; positio autem in his dumtaxat non potest inveniri. [83] Similiter et in tempore atque sermone, maxime cum haec mox videantur labi cum dixeris ; et tempus currit ; et sermo, cum nondum dictus fuerit non apparet. Manifestum est igitur haec tria positionem diversarum partium non habere.

[84] Proprie igitur haec sola, quae dicta sunt, 'quanta' nominantur ; si qua vero praeter haec inveniri potuerint, debent pro accidentibus poni ; sunt enim quaedam quae accidentibus ipsis accidunt. Ut, si dicamus 'multum album', propterea 'multum' album dicitur non quod ipsum album sit immensum, sed quod epiphania, in qua album est, multa cernatur ; manifestum est igitur, cum 'multum' album dicimus, ex epiphaniae quantitate 142,9
album quod illi accidit aestimari. Similiter, cum longos actus dicimus, non quod actus immensi sint longi dicuntur, sed ex temporis mensura, quo continentur actus, actuum quantitas aestimatur.

[85] Illud tamen speciale debemus agnoscere, quanto contrarium nihil esse ; epiphaniae enim sive grammae sive duobus cubitis sive tribus contrarium nihil est. Nisi forte errore quodam multum et exiguum esse putemus contraria, non advertentes haec in eorum numerum quae ad-aliquid dicuntur debere transferri. Nihil enim multum vel exiguum dicitur nisi alteri fuerit compara-

---

ARIST. *Cat.* 4-9 : *cf.* 5a23-27 9-11 : 5a28-29, 32-33 16-26 : 5a38-b9 27-**152**.6 : 5b11-22

ALC. *Dial.* 5-8 unum — sinistram : 958B10-14 11-15 similiter — habere : 958B14-C5

GnHeInLdTe 6 solum numerum *transp. He* 7 videmus + vel *LdTe* 8 quippe *om. He* 11 his + numeris *HeGn* 13 nondum] non *Be* : *om. LgPsSm* dictus] -um *LdInTe* 14 fuerit + et cum dictus fuerit *HeAvBe* 20 album[1] *om. In* 24 quod *LgAv* : quo *cett.* 30 putemus esse *transp. LdInTe*

tum ; cum enim dicimus montem 'brevem', grandiorem esse alterum cui comparatus est indicamus ; vel, cum dicimus 'grande' milii granum, comparatione sui generis in quo brevius aliquid invenitur, illud esse grandius. Ac propterea manifestum est multum et exiguum, vel grande et breve cum aliquo comparata sui vocabulum reperire. [86] Nec in hoc solo errat qui putat multum et exiguum quanto debere coniungi, verum etiam si existimet esse contraria : quod fieri penitus non potest. Nam si haec quodam errore decepti contraria dicimus, fiet ut in una re uno atque eodem tempore contraria videantur incidere. Una enim res et 'maior' a minore et 'brevis' a maiore uno atque eodem tempore poterit nominari, quod fieri nec rerum natura patitur nec ratio ipsa permittit. Ac propterea eorum sententia repellenda est qui haec credunt esse contraria. [87] Magis in quanto contrarietas circa locum videri potest. Veteres enim supra et infra propter coeli terraeque distantiam contraria sibi esse dixerunt, undiqueversum asserentes terram subter esse, coelum super. Contemplantibus enim nobis naturam rerum, terra quae videtur in medio, ubique subter est ; nam et antipodes nostri, qui nobis dicuntur adversa figere vestigia, coelum super se habent. Claret igitur terram semper in inferioribus constitutam. [88] Deinde illa quoque a physicis iungitur ratio quod propterea ex diversitate locorum terra coelo contraria est (id est illud super, haec deorsum) quod omnia quae pondere gravia sunt naturaliter feruntur ad terram, ad coelum vero levari necesse est quae videntur esse leviora. Hinc igitur coelum terramque contraria sibi esse dixerunt quod hanc deorsum, illud vero superius naturalis necessitas collocavit. Ex hac igitur ratione videtur contrariorum omnium definitio constituta : dicuntur enim illa esse contraria quae, cum sint ex uno eodemque genere, multo tamen a se spatio separantur. [89] Sed haec qui asserunt habent advertere ad aliquid dictis potius debere coniungi, siquidem 'supra' dici non potest nisi et

---

ARIST. *Cat.* 6-14 : *cf.* 5b30-6a1 14-21 : *cf.* 6a11-15 28-30 : 6a15-18

GnHeInLdTe 2 inducimus *He* : inducamus *Ld* 9, 11 atque eodem *bis*] eodemque *He* (*prius etiam Gn*) 12 rerum *post* patitur *He* 13 repellenda sententia *transp. LdInTe* 14 magis] nec magis *HeGn* : non magis *InAvBe* contrarietas in quanto *transp. In* 14-15 circa locum videri *Te* : circulocumvideri (*sic*) *Ld* : quam in circulo convideri *HeInGn* 19 et *om. He* 19-20 adversa *post* figere *LdTeSm* : *post* vestigia *In* 25-26 leviora esse *transp. He* 26 sibi contraria *transp. In* 31 dicta *LdInTe* : -as *Lg*

'infra' fuerit designatum. Quod si calumniari quibusdam libet, 'supra' et 'infra' categoria magis quae 'ubi' dicitur videri potest (cum enim 'supra' vel 'infra' dicimus, ubi aliquid geratur agnoscitur) ; sed haec, ut diximus, garrientium sint ; nos vero in quanto admitti contrarium credere non debemus. [90] Advertere interea licet huius occasione tractatus aliud esse super et subter naturale, aliud vero quod circa nos ; naturale enim non potest immutari, nostrum autem migratione hominum commutatur ; ut, si quis, cum in inferioribus fuerit, ad superiora conscendat aut e superioribus velit ad inferiora descendere, omnia quae illi ante fuerant commutantur, cum descendenti inferiora quae fuerant superiora cernuntur.

[91] Illud quoque quanto inest — in omni quidem, non tamen in solo — ut non recipiat magis et minus (quod graece dictum est μᾶλλον καὶ ἧττον). 'Bipedale' enim cum dicimus, non possumus aliud 'bipedale magis' vel 'minus' dicere ; simili enim modo bipedale secundum est quemadmodum et primum; quod si aliud alio amplius fuerit, iam non bipedalis sed alterius mensurae suscipit nomen. Nec numerus magis et minus sustinet, siquidem tres 'magis aut minus tres' nominare dementiae est ; et tempus non potest esse tempore magis aut minus. Claret igitur his expositis magis et minus in quanto inveniri non posse. [92] Proprium vero quanti et quod in omni et in solo invenitur, illud est, † ut omnia 1430 eius 'paria' aut 'imparia' dicantur, ut numerus 'par' et 'impar' (non 'aequalis numerus' si par est, aut, si impar, non 'inaequalis') dicatur ; similiterque eius omnia non 'aequalia' et 'inaequalia', sed 'paria' aut 'imparia' nuncupantur †. Cetera vero quae ad quantum non pertinent, 'similia sibi' potius quam 'aequalia' nominamus, ut album 'albo simile' aut 'non simile' dicatur. Hoc enim verbum specialiter iis quae in quanto sunt videtur infixum.

ARIST. *Cat.* 13-22 : 6a19-25 22-30 : 6a26-35 (*cf.* 11a15-19)
ALC. *Dial.* 6-9 aliud — conscendat : 958A11-B5 14-27 magis — nuncupantur : *cf.* 958C6-12

GnHeInLdTe 3 vel] et *He* 4 sint : sunt (*an recte* ?) *LgSm* : sit *He* 5 quantum *Sm* : ointum (*sic* ?) *In* 10 illi quae *transp. LdInTe* 11 descendenti + in *InGnLg* : [*Ld*] 12 cernantur (*an recte* ?) *Gd* 15 mallon keetton *He* : malon ceton *Ld* : *sim. cett.* 17 et *om. LdIn* 20 dementia *LdIn* 22 vero + verbum (-i *Te*) *LdInTe* : + est (?) *Gn* 23 et[1] *om. In* 25 non *bis om. In* inaequalis] aequalis *Ld* 26-27 non *et* sed *om. In*

[DE AD-ALIQUID]

[93] Categoriarum tertia est quae latine 'ad-aliquid', graece *πρός τι* censetur. Et quidem hanc tertiam non ordo, sed tractatus necessitas fecit ; nam, post quantum, quale sequebatur ; verum, quoniam in fine quanti quaedam eiusdem generis ⟨in⟩ ad-aliquid videbantur posse transferri, hanc categoriam, quae quarta fuerat, necessario tertiam voluit ordinare ut, discussis atque monstratis omnibus quae cuique convenirent, frequens orta confusio solveretur. [94] Incipit autem non a definitionibus suis Aristoteles, sed ab eorum terminis qui ante se ad-aliquid perperam definire voluerunt. Ita tamen haec debemus audire quasi tractatui necessaria. Astute enim et dat illis auxilium philosophus et medelam male positis terminis quaerit, postea suae prolatione sententiae omnia quae improprie definita sunt repulsurus.

[95] [*ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙ*]. — 'Ad-aliquid' ergo categoriam vocamus eam quae id quod est dicitur ex altero sine cuius societate esse non possit et cuius vis omnis ex alterius coniunctione descendit ; ut duplum simpli dicitur duplum, maius minoris dicitur maius, simile simili dicitur simile. Claret igitur ad-aliquid non sua vi sed alterius coniunctione consistere. [96] Eodem modo accipienda sunt cetera quae eiusdem categoriae esse noscuntur, ut est habitus, affectio, disciplina, positio, sensus (haec Aristoteles *ἕξιν, διάθεσιν, ἐπιστήμην, θέσιν, αἴσθησιν* nominavit). Et haec namque pendent ex altero, siquidem habitus alicuius habitus dicitur, et affectio alicuius ad aliquid affectio, et scientia et positio et sensus simili ratione noscuntur. [97] Non nos autem turbet quod quaedam huius categoriae esse narrantur quae et qualitati videantur esse coniuncta ; habitus enim et affectio et scientia et cetera

---

ARIST. *Cat.* 16-27 : 6a36-b6 26-27 : 11a20-23 27-**155**.31 : *cf.* 11a20-38.
ALC. *Dial.* 16-21 : ad-aliquid — consistere : 958D7-14

GnHeInLdTe 3 *ΠΡΟCTIN* censetur *In* : prostincenset *Ld* : *ΠΡΟCTIKEN* dicitur *Te* : prosticicn /// *Lg* : prost // dicitur *He* : prostikensetur vel prostin censetur *Gn* 4 qualitas *LdBe* 6 cathegoriam hanc *transp. In* 10 sc *om. He* 16 *ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟC ΤΙ He* : peritu prostide *Ld* : peri ton *ΠΡΡΩCTINH In* : *sim. cett.* ad aliquid *post* ergo *Sm* : *utrimque Ld* 24 exin (+ ke *He*) diatcsin epistcmin tesin estesin *vel sim.* (estesin *om. Gn*) *codd.* 25 alicuius + rei *In* 28 videntur *InGn*

quae cum his dicta sunt, qualitati videntur maxime convenire. Sed differentiam debemus advertere qua hae duae categoriae, id est qualitas et ad-aliquid sive *πρός τι καὶ ποιότης*, a se invicem separantur. Quoties enim scientia cuiuslibet rei quae sit scibilis scientia dicitur, et sensus rei eius quae sit sensibilis sensus dicitur, tunc ad-aliquid debemus accipere. At cum scientia vel disciplina non rei cuiuslibet, sed hominis dicitur, qualitatem debemus agnoscere. [98] Haec est interim differentia; licet, si proprie hanc categoriam (quae ad-aliquid dicitur) volumus definire ut a ceteris separetur (in omnes enim videtur incurrere), alio modo eam debeamus definire ne semper parum considerantibus error oriatur. Tunc ergo et vere et proprie 'ad-aliquid' dicitur cum sub uno ortu atque occasu et id quod iungitur et id cui iungitur invenitur; ut puta servus et dominus, utrumque vel simul est vel simul non est (etenim cum 'dominum' dixeris, necessario exsistet et servus, cum vero dominum tuleris, nec servus apparet); similiter duplum et simplum alterutrum se vel interimunt vel ostendunt (apparente enim duplo nascitur simplum, duplo pereunte nec simplum poterit permanere; similiterque si simplum non sit, nec duplum est, at si simplum fuerit, et duplum necessario apparebit). [99] Specialiter tamen ac regulariter, ut haec categoria manifestius dinoscatur, haec via est, qua debemus advertere non recte dici ad-aliquid nisi cum *καθέκαστον πρὸς καθέκαστον ἀναφέρεται*, hoc est singulare ad singulare refertur; siquidem, cum dicimus 'duplum', sine dubio non generaliter sed specialiter hoc 'duplum' dicimus, et huius simpli duplum dicimus. Ac propterea tunc vere ad-aliquid categoria est quoties, verbi gratia, Socraten Chrysippo dicimus 1431
vultu esse consimilem (ceterum quo pacto vel quis vel cui sit similis demonstrabimus nisi et quis similis et cui sit similis personaliter indicemus ?).

[100] Sunt quidam qui huic definitioni velint movere superfluam quaestionem asserentes inveniri posse 'ad-aliquid' dictum

---

ARIST. *Cat.* 12-21 : 7b15-22 32-**156**.9 : *cf.* 7b15-8a12
ALC. *Dial.* 12-21 tunc — apparebit : 959A1-13

GnHeInLdTe 3 prosti kai poiotes *He* : prostice poeotes *Ld* : *sim. cett.* 4 rei cuiuslibet *transp. LdIn* 8 cognoscere *LdIn* 11 definire debeamus (-emus *HeGn*) *transp. LdTe* 12 et[1] *om. In* 15 vel — vel *om. LdIn* 17 similiterque *In* 20 -que *om. In* 24 catecaston pros catekaston anaferete *vel sim. codd.* 24-25 singularia ad singularia referuntur *LdTe* 32 sunt] sed sunt *In*

quod ante sit, et postea nascatur quod de ipso debeat nuncupari, ut iam videantur haec duo nec ortu nec occasu sibi esse coniuncta. Ac dant exempla scibilis et scientiae, asserentes ante scibile fuisse et post eius scientiam consecutam (verbi gratia apud geometricos ante γραμμή vel circulus fuit, sed eorum scientia postea a sapientibus comprehensa est) propterea-que ante fuisse scibile in quo possit scientia reperiri. Hoc argumento igitur monstrant multa esse huius categoriae quibus non ortus et occasus videatur esse communis. [101] Et sensibilis enim sensusque exemplum simili ratione constare contendunt, siquidem sensibilia ante fuerint ; elementa enim quibus omne corpus constat ante fuerunt quam corpus ex his aliquod nasceretur in quo sensus existeret. His igitur argumentis ostendunt definitionem categoriae quae ad-aliquid dicitur non recte esse defixam. [102] Haec solent parum diligenter naturam rerum intuentes astruere. Omnia enim quae sunt, aut naturali potentia dicuntur esse aut operatione faciendi, quas Graeci δύναμιν καὶ ἐνέργειαν vocant. Quas si quis separare voluerit nec ulla societate confundere, intelleget 'ad-aliquid' dictum non posse esse sine altero cuius esse dicitur ; scibili enim [sive circulo] in ipso ortu naturae scientia sociata est ; simul namque ut scibile esse coepit, habuit scientiam sui, sed necdum ἐνεργείᾳ (id est operatione) monstrata⟨m⟩. Non ergo tunc coepit esse scientia eius quando coepit operari, sed cum ipso scibili orta est, et operatio est postea consecuta. Discernere enim nos oportet operationis exordium ; tunc enim possumus advertere scientiam cum scibili esse procreatam, operationem vero eius apparuisse postea indagatione prudentium. Quibus depulsis, optima definitio est ad aliquid relatorum semper ea simul vel extingui vel nasci. [103] Illud sane debemus memoria continere non omnia 'ad-aliquid' dicta iisdem casibus referri ad ea quibus iunguntur, sed alia

---

ARIST. *Cat.* 3-7 : 7b23-33 9-13 : 7b33-8a12 28-29 : *cf.* 7b15-23 30-**157**.5 : *cf.* 6b4-11

ALC. *Dial.* 29 semper — nasci : 959B11 31-**157**.3 sed — sensibile² : 959B1-5

GnHeInLdTe 6 a sapientibus postea *transp. LdInTe* 9 non + et *LdTe* 17-18 dynamyn ce enargian *Ld* : dinamin keenergian *HeGn* : *sim. cett.* 20 enim + gramme *He* : + rei *Ld* : ΓΡΑΜΜΕ *Te* sive circulo *expunxi* 22 energia *vel sim. codd.* id est] in *He* 23 monstratam *Be* : -a *cett.* 30 memoriter *In* 31 dicta *om. In*

genitivo casui, alia dativo, pleraque ablativo copulari. Et genitivo quidem ut servus domini, duplum simpli ; dativo, simile simili, par pari ; ablativo vero, sensibile sensu sensibile, scibile scientia scibile, et cetera huiusmodi quae variis casibus alterius societate nectuntur.

[104] Inest autem huic categoriae et soli et omni ut inter coniuncta duo, quae ex se pendeant, sit alterna conversio (quae graece dicitur ἀντιστροφή), et duplum enim simpli dicitur et simplum dupli, et servus domini et dominus servi. Apparet ergo haec copulata vicaria in semet replicatione converti, si tamen scienter et prudenter fiat ista conversio ; nam, si imperite haec vocabula convertantur, oritur magna confusio, ut, si quis imperite dixerit 'avis pennam' stulta conversio est (non enim penna omnis avis est, siquidem sunt quaedam pennae quae non sunt avium, ut cicadarum, muscarum ceterorumque animalium quae similiter natura formavit) ; quod si quis 'pennam pennati pennam' dixerit, quasi recta conversio est.

[105] Hoc loco libitum est quasdam tenebras, quae emergere ex categoriarum similitudine assolent, aperire ; siquidem, cum dicimus 'pennam pennati' et 'caput capitati', videmur usiae partes in accidentibus ponere (penna enim sine dubio pars usiae est vel caput vel manus, quae, si ad aliquid referantur, inter usias et ad-aliquid videbitur nulla esse discretio). [106] Ut igitur amoveatur universa confusio, advertere nos oportet quo pacto et vere et proprie ad-aliquid definitum sit. Ita enim se eius definitio habet ut dicatur 'ad-aliquid' cuius id quod est pendet ex altero cuique necesse sit singulariter (id est καθ' ἕκαστον) vicaria in semet mutatione converti. Hoc quis considerato reperiet nec pennati pennam nec capitati caput recte posse 'ad-aliquid' nominari ; non enim, ut pennati pennam dicimus, sic possumus dicere pennae pennatum vel capitis capitatum (id namque qui dixerit irridebitur). Esse enim pennato non ex penna descendit, neque penna ex pennato constat. Similiterque capitatum non constat ex 1432

ARIST. *Cat.* 6-17 : 6b28-7a5 18-23 : *cf.* 8a13-28 23-**158**.1 : 8a35-b7
ALC. *Dial.* 7-9 alterna — servi : 959B7-10

GnHeInLdTe 1 pleraque] alia *In* 2 dominus servi *He* 4 scibile + est *He* 8 antistrophe *vel sim. codd.* enim *GdIt* : in *Ld* : nomen *LgPs* : *om. cett.* 11 et prudenter] prudenterque *Sm* 12 imperite quis *transp. In* 17 rata *He* 26 uti *InGnLg* 27 katecaston *vel sim. codd.* 28 quisquis *Sm*

capite, neque caput videtur ex capitato consistere. [107] At quod vere 'ad-aliquid' dicitur, converti per vices potest, ut superius diximus, dominus servi dominus et servus domini servus; et rursus, subtracto servo, dominus non est, remoto domino, nec servus apparet ; pennatum vero esse poterit etiam penna pereunte, et rursum penna potest esse pereunte pennato. Considerata ergo definitione huius categoriae, poterit etiam confusionis ex similitudine exortae discretio reperiri.

[108] Eodem pacto possumus hanc categoriam et ab oppositorum similitudine separare ; nam et opposita (quae ἀντικείμενα Aristoteles vocat) quandam huius categoriae similitudinem reddunt, siquidem calidum et frigidum videntur sibi oppositionis societate coniuncta ; sed calidum non frigidi calidum sed frigido oppositum dicimus; et iustum non iniusti iustum. sed iniusto contrarium nominamus. [109] Aristoteles quidem, ut in principio huius categoriae diximus, multa exempla proponit quae ad hanc non sub certa forma pertinere videantur, volens de consequentibus reprehendere vitia ceterorum qui hanc secus definire voluerunt. Denique et virtutem malitiae et scientiae ignorantiam quasi ad-aliquid posuit eaque dixit posse recipere contrarium, non quo ita res postulet sed ut indocte disserentium vitia posset ostendere ; haec namque, ut superius explicavimus, opposita potius quam ad-aliquid dicta iudicanda sunt. [110] Mihi vero — ut et ipsi Aristoteli placet — magis et minus haec categoria, non omnis quidem nec sola, videtur posse suscipere ; simile enim cuilibet et magis simile et minus simile possumus dicere. Sed hoc non in omnibus, ut dixi, quae sunt ad-aliquid poterit inveniri ; namque nec magis pater nec minus pater dici potest, nec minus filius aut magis filius, nec minus duplum aut magis duplum. [111] Non nos autem fallat ut putemus ad-aliquid esse quoties, verbi gratia, dicimus 'cuius equus' vel 'cuius lignum' vel 'cuius fundus' ; haec enim, dominum vel possidentis personam monstrantia, non 'ad-aliquid' dicta

---

ARIST. *Cat.* 1-8 : 6b28-7a13 8-15 : 11b32-38 18-19 : 6b15-17 23-29 : 6b20-22, *cf.* 6b22-27 29-31 : *cf.* 8a21-25
ISID. *Etym.* 10 : II.XXXI.1
ALC. *Dial.* 4-5 subtracto — apparet : 959B12-13 10 opposita — vocat : 963A9-11

GnHeInLdTe 5 poterat *He* 6 rursus *Sm* 7 etiam poterit *transp. In* 8 reperiri discretio *transp. In* 10 anticimena *vel sim. codd.* 16 proposuit *Sm* 20 recipere posse *transp. LdInTe* 23 et *om. HeIn*

censenda sunt. [112] Qua de categoria, quantum potuimus explanavimus ; licet tanta huic cum ceteris videatur esse permixtio ut ipse quoque Aristoteles huius discretionem haud facile reppererit, cuius etiam longa ac diuturna non sit indecens retractatio.

[DE QUALITATE]

[113] Nunc de qualitate tractemus secundum quam ea quae sunt qualia nuncupantur. Multi autem quaerunt quid sit qualitas et quid quale, quorum facilis separatio est ; 'qualitatem' namque dicimus dulcedinem, austeritatem, albedinem, nigredinem ; 'quale' vero intellegitur quoties album aliquid vel dulce vel austerum vel nigrum dicimus (licet Aristoteles indifferenter et pro 'qualitate' 'quale' posuerit et 'qualitatem' pro 'quali', propterea quae etiam nos eundem secuti similia senserimus). [114] Hanc autem categoriam propterea ceteris difficiliorem volunt, quia facilius quam ceterae in omnes videtur incurrere ; ut puta in usia invenitur, cum dicimus 'homo grammaticus' ; in quanto 'alba' vel 'nigra epiphania' ; in ad-aliquid 'prudens pater', 'optimus filius' ; in facere 'dure saltat' ; in pati 'fert fortiter vulnera' ; in loco 'obscurus locus' ; in tempore 'calidus mensis' aut 'frigidus' ; in iacere 'pronus aut supinus iacet' ; in habere 'decenter armatus'. Erit igitur non parvae prudentiae qualitatem cum ceteris paene confusam mentis vivacitate secernere. [115] Huius sunt species numero quattuor, quas Aristoteles pro generibus posuit, scilicet propterea quia et ipsae singulae habent species suas. Id vero cum acciderit 'subalterna' nominantur (quae Graeci ὑπ' ἄλληλα vocaverunt). Ergo primum genus est habitus et affectio, secundum potentia naturalis, tertium passivae qualitates sive passiones, quartum formae ac figurae (haec Aristoteles ἕξιν 1433

ARIST. *Cat.* 1-4 : 8b21-24 6-7 : 8b25 8-9 : 9a29-31 26 : 8b26-27 27-**160**.2 : 9a16, 28-29, 10a11-12

ALC. *Dial.* 8-11 qualitatem — austerum : 959C10-13 15-20 ut — armatus : 959D2-9 26-28 primum — figurae : 959D11-14

GnHeInLdTe 1 quae *LdIn* : *om. Te* 2 explicavimus *He* 3 rep-(p)eriri *LdInGn* 8-9 namque qualitatem *transp. HeGn* 10 vel[1] *om. LdTe, Alc.* 13 nos etiam *transp. He* 20 armatur *LdTe, Alc.* 23 numero *om. In* 25-26 ypallela (epa- *Te* : pa- *Ld*) *vel sim. codd.* 28-**160**.2 exin ke diatesin dixit fisiceñ dinamin pateticas poiotitas kepati scemata ke morfas *He* : exin cediathesin dixit fysicen dynamin patheticas pytitas chephathe schemate cemorbas *Ld* : *sim. cett.*

καὶ διάθεσιν dixit, φυσικὴν δύναμιν, παθητικὰς ποιότητας καὶ πάθη, σχήματα καὶ μορφάς). [116] Habitus est affectio animi longo tempore perseverans, ut est virtus et disciplina quae perseveratione sui et perpetuitate temporis aestimantur, nisi forte eas languor aliquis corporis et casu iniecta debilitas amputaverit. Affectio vero est mutabilis mentis impulsio vel cupiditas levis quae brevi tempore deleatur. Habitus ergo et affectio videri potest (ab hac namque incipit et, si ipsa permanserit, habitus nascitur) ; affectio autem habitus videri non potest (si enim ad habitum pervenerit, vocabulum proprium non tenebit).

[117] Hoc loco non est incongruum — quod saepe quaesitum est — brevi tractatu dissolvere ac docere, quid virtutem disciplinamque discernat : hoc profecto, quod disciplina in ea parte animae quae rationabilis dicitur tantummodo deversatur, virtus vero omnes animae partes amplectitur omnemque animam suo imperio gubernat et regit, ut et iracundiam domet et cupiditates amoveat, quod disciplina facere haudquaquam valet.

[118] Potentia naturalis est quoties quis videtur vel posse vel non posse aliquid facere per naturam ; ut, verbi gratia, plerumque visis corporibus puerorum et contemplatis artubus, pronuntiamus aliquid de futuro eosque dicimus vel cursores vel pugillatorios fore ; non quod iam hac arte vel studio teneantur, sed videantur positione corporis haec facilius impleturi. Similiter et salubres et imbecilles dicimus qui aut facile aut non facile recipiunt aegritudinem. Eodem modo namque et in his potentia naturalis advertitur quae eos facit vel languori crebrius subiacere vel retinere perpetuam sospitatem. 'Durum' quoque et 'molle' cum dicitur, ostendit potentiam naturalem ; durum siquidem quod firmitate naturae corruptionem sui non facile admittit, molle vero in quo est natura laxior nec ad contraria repellenda sufficiens.

Arist. *Cat.* 2-5 : 8b28-32, *cf.* 8b32-9a10 5-10 : 9a10-13 18-31 : 9a14-27

Alc. *Dial.* 2-6 habitus — cupiditas : 960A1-3 13-17 hoc — valet : 960A5-11 18-23 potentia — similiter : 960A15-B6

GnHeInLdTe 3 est *om. In* 9 non *om. LdHe* 14 diversatur *HeGn* : versatur *Be, Alc.* 21 cursorios *LgPs* 22 pugillatores *TeAvBe, Alc.* quo *He* 24 inbecillos *Ps* : -ilos *Ld* quia *HeTe* 25 namque modo *transp. TeSm* 29 admittat *TeLgAv*

[119] Tertium qualitatis genus est sive species, passivae qualitates et passiones, quae sunt huiusmodi : austeritas, caloratio et frigidatio (sic enim θερμότητα et ψυχρότητα placet dicere) et albedo et nigredo ; quae non idcirco passivae dicuntur quod patiantur aliquid, sed quod faciant passiones (mel namque, ut dulce sit, non a dulcedine aliquid passum est, sed dulcem gustantibus efficit passionem). [120] Passivae autem qualitates rectius dicuntur albedo et nigredo et eorum media, id est rubor et pallor. Haec enim nonnisi animae vel corporis passione nascuntur ; ut enim nigrescat aliquis, corporis passio est, ut pallescat vel rubescat, animae quae, cum turpitudinis verecundiam ferre non quiverit, quasi ad obtentum sui, sanguinis copiam in exteriores partes corporis fundit, eoque fit ut pudore nimio rubescamus. Pallor quoque simili animae passione constat, cum perculsa metu nimio ad cordis ulteriora confugit eamque sanguis insequitur adeo ut, desertum sanguine quod est in conspectu, corpus albescat. Haec animae passio ita a philosophis vera esse firmatur ut, etiamsi pallor vel rubor in corpore iugiter perseveret, simili passione asserant evenisse. [121] Hae igitur qualitates si in corpore perseverent, quia secundum eas quales dicimur, ipsae quoque qualitates passivae censentur ; sin vero ad breve tempus exstiterint ita ut cito discedant, 'passiones' eas potius nominamus. Non enim quis si ad tempus iratus est aut erubuit aut incaluit aut refrixit, mox ad statum naturae rediturus iterum, 'rubicundus' iam vel 'iracundus' vel 'calidus' vel 'frigidus' appellari potest, si ad tempus aliquid passus sit. [122] Erit igitur inter passivas qualitates et passiones ista discretio quod passiones ad tempus exortae facile commutantur, passivae vero qualitates, secundum quas 'quales' dicimur, perpetuo perseverant.

ARIST. *Cat.* 1-7 : 9a28-b8 7-19 : 9b9-19 19-26 : 9b20-10a5
ALC. *Dial.* 1-2 passivae — sunt : 960B9 7-17 passivae — albescat : 960B10-C7 19-22 hae — nominamus : 960C7-10

GnHeInLdTe 2 coloratio *LdLgPs* : calidatio *In* 3 thermotheta (-teta *InGn*) et psicroteta *HeInGn* : thermo tecta et spicrotecta *Ld* : *TEPMOTEKTA* et *IPOTEKTA Te* : *sim. cett.* 5 faciunt passionem *LdInTe* 9 nonnisi + vel *LdTe, Alc.* 12 non quiverit] neq- *InGn, Alc.* copiam sanguinis *transp. LdTe, Alc.* 14 consistit *LdInTe, Alc.* 17 pallescat *In* 18 afirmatur (*sic*) *He* : conf-*Be* 24 iterum rediturus *transp. LdInTe* 25 vel iam *transp. Sm* : vel etiam *In* 29 dicimus *Ps, He* ?

[123] Quartam nunc qualitatis speciem retractemus in qua sunt formae et figurae. Figurae inanimalibus, formae animalibus tribuuntur. Figuras enim tunc designamus cum vel 'trigonum' vel 'tetragonum' vel 'conum' vel 'cylindrum' vel 'sphaeram'
1434 dicimus ; formas autem cum 'formosos' asserimus aliquos vel 'deformes'. In eodem qualitatis genere sunt curvitas et rectitudo (audemus enim εὐθύτητα καὶ καμπυλότητα hoc pacto convertere ; ab his namque 'curvum' vel 'rectum' quidpiam dicitur). [124] Lenitudo quoque et asperitas et raritas ac densitas (e quibus 'rarum', 'densum', 'lene', 'asperum' designamus) qualitatum quidem numero sociantur ; sed habent alteram interpretationem sui, siquidem 'densum' coartationem nimium coniunctarum partium videtur ostendere, 'rarum' contra in quo intervallis frequentibus laxior partium videtur esse coniunctio ; quin etiam 'lene' illud proprie videtur ostendere in quo positio partium ita apte pariliterque digesta est ut nulla earum mensurae alterius emineret ; contra, 'asperum' discrepantia coniunctarum partium facit (asperitatem namque non gignit nisi inaequalitas partium, ut sit longior una, altera inferior). [125] Ac propterea haec quidam volunt categoriae alteri sociare, quae apud Graecos κεῖσθαι, apud nos 'iacere' (sive, ut Agorius — quem ego inter doctissimos habeo — voluit, 'situs') dicitur. Claret enim unumquodque earum partium quae corpus efficiunt positione constare ; verumtamen, cum 'lene' vel 'asperum' vel 'densum' vel 'rarum' dicimus, qualia demonstramus eaque omnia quae de his superius explicata sunt ad interpretationem non vocabuli, sed naturae videntur potius pertinere ; qua de causa cogit ratio ut haec quoque inter qualia numeremus. [126] Ab his igitur quas enumeravimus qualitatibus παρωνύμως qualia nominantur, ut 'lene' a lenitate, a densitate 'densum', ceteraque his similia. Sed plerumque acci-

---

ARIST. *Cat.* 1-8 : 10a11-15 9-19 : *cf.* 10a16-24 28-**163**.5 : 10a27-b11
ALC. *Dial.* 2-9 figurae² — densitas : 960c13-D3

GnHeInLdTe 2 figurae¹ + sed *LdInTe* 3 designemus *In* vel *om. In* 4 yferam *Ld* : speram *HeInTe* 5 asseramus *LdInGn* 7 ethiteta cecam pyloteta *Ld* : *EYTIΘETA KAI KAPHAOTETA Te* : ethita ke vel kai *KAMΠOΛOTITA He* : *sim. cett.* 8 vel] et *HeGn* : vero *Ld* 11 quidem *om. HeGn* 15 videtur illud lene proprie *transp. He* : lene illud videtur proprie *Gn* 20 kiste *He* : *KICΘH In* : kyste *Gn* : ciste *vel sim. cett.* 21 agorius *Gd* : augorius *LdHeGn* : augurius *InTe* 22 dicere *LdHeGnTe* 24 dicimus + qualitates ipsas vel *In* 26 vocis *Sm* 29 paronymas *Ld* : -imos *HeGn* : -yma *Te* : -ima *In* 30 plerumque] *an scribendum* quandoque ?

dit, [licet raro,] ut qualia non παρωνύμως a sua qualitate descendant, ut a virtute non potest dici 'virtuosus', sed 'moderatus' et 'industrius' (nec in graeco quidem ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀρετός dicitur, sed σπουδαῖος). Unde apparet qualia, etiam neglecta plerumque paronymorum derivatione, constare. Haec hactenus.

[127] Nunc qualitatis huius, propter quam diversas species explanavimus, consequentias et proprium videamus. Et primum contrarietatem recipere qualitates nulla dubitatio est. Quis enim dubitat saluti contrarium esse languorem, iustitiae iniustitiam, calorem frigori, malo bonum, non erudito litteris eruditum ? Sed hoc non in omni qualitate reperies ; nam pallido vel fusco vel quadrato vel trigono nihil potest esse contrarium. [128] Non ergo erit incommodum regulam quandam dare qua quae qualitates contrarietatem non recipiant possit adverti. Erit igitur notum doctis eas qualitates quae contrariis mediae sunt et eas quae ex formis figurisque nascuntur contrarietatem penitus excusare. [129] Contrariis autem medias dixi ut est fuscum vel pallidum ; haec enim duo de albedine nigredineque nascuntur ac sunt his media, ipsa vero nigredo et albedo sunt sibi contraria ; fusco autem pallidoque contrarium nihil est. Claret ergo contrariorum media contrarium non habere. Quin etiam qualitas quae ex forma vel figura consistit, contrarietatis ignara est ; quid enim quadrato, quid trigono, quid circulo vel cono vel cylindro contrarium quis opponat ? Regulariter ergo teneamus contrarietatis receptricem qualitatem nec omnem posse esse nec solam. [130] Nec illud est omittendum ut sciamus in contrariis qualitatum sub eadem categoria esse alterum sub qua aliud invenitur ; ut iustitiae iniustitia contraria est, qualitas iustitia, et iniustitia igitur qualitas ; qualitas est albedo, nigredinem quoque esse qualitatem necesse est. Itaque fit ut regulariter contrariae qualitates categoria semper eadem vinciantur.

ARIST. *Cat.* 5-12 : 10b12-17 16-20 : 12a17-19 25-29 : 10b17-21
ALC. *Dial.* 8-12 quis — contrarium : 960D6-10

GnHeInLdTe 1 raro] ratio non desit *In* quale *HeGnTe* : -i *Ld* paronymos *Ld* : -imos *HeGn* -ymum non *Te* : -ima *In* descendat *HeLg* 2 moderatus *edd., Te?* : moderator *rell-* et *om. LdGnTe* 3 greca *LdGn* apotes (-is *He* : + ut *Ld*) aretes (-is *HeTe*) aretos *LdHeTe* : *sim. cett.* 4 spudeos *vel sim. codd.* 6-7 explanavimus species *transp. Sm* 16 contrarietates *Sm* 19 albedo et (vel *HeGn*) nigredo *transp. In* 28 et *om. He* qualitas est (est *ante* igitur *pos. In*) *om. LdTeSm* 29 esse] dici *Sm*

[131] Quaerentes interea quid sit proprium qualitatis, quoniam contrarietatem suscipere nec solius est nec totius, aliud perscrutemur. Video enim magis et minus (hoc est μᾶλλον καὶ ἧττον) in se recipere qualitatem ; namque 'magis album' vel 'magis nigrum' vel 'magis musicum' vel 'minus musicum' possumus dicere.
1435 Verum id quoque nec in omni qualitate nec in sola poterit inveniri. Quis enim prudentiam ⟨prudentia⟩ prudentiorem possit dicere vel albedinem ⟨albedine⟩ clariorem vel doctrinam doctrina doctiorem vel trigono magis trigonum vel quadrato quadratius ? Si enim trigonum fuerit, magis esse quam trigonum non potest ; at si magis aut minus fuerit, iam trigonum non erit. [132] Separare tamen placet atque discernere eas qualitates quae magis et minus recipiunt ab iis quae hunc quasi gradum comparationis excusent. Sit ergo haec regula : qualitates ipsas magis et minus non posse suscipere, ea vero quae ex his fiunt, comparata, vel magis recipere posse vel minus ; ut eloquentiam magis eloquentiam seu minus dicere nullus potest, eum vero qui eloquens dicitur magis vel minus ceteris eloquentem possumus dicere. Claret ergo magis et minus in qualibus inveniri posse, numquam posse in qualitates incidere. [133] Figurae quoque, ut superius explicatum est, non admittunt magis et minus ; siquidem circulo si aliquid addas aut minuas, 'circuli' iam vocabulum non tenebit et in alterius figurae nomen immigrat. Manifeste igitur designatum est quae qualitates huiusmodi gradus comparationis accipiunt et quae ab his videntur alienae esse.
[134] Reliquum est ut qualitatis proprium (quod est apud Graecos ἴδιον) vestigemus. Namque usia habet hoc proprium ut singularis atque una numero contraria in se suscipiat ('suscipiat'

ARIST. *Cat.* 1-11 : 10b26-11a1 20-25 : 11a8-12 26 : *cf.* 11a15-19 27-**165**.4 : 4a10-b29

ALC. *Dial.* 4-5 namque — dicere : 960D12 27-28 usia — suscipiat[1] : 961A3-4

GnHeInLdTe 3 mallon keekton *He* : mallon ce teton *Ld* : *ΜΛΛΟΝ ΚΑΙ ΚΕΤΟΝ Te* : *sim. cett.* 6 id] illud *In* 7 prudentia *post* prudentiorem *In* : *om. cett. (habent edd.)* 8 albedine *edd.* : *om. codd.* doctrinam *om. Te* doctrina *om. In* 9 quadratius] magis quadratum *HeInGn* 10-11 trigonus *ter HeGn* 11 at] aut *LdTeSm* 13 magis et] aut magis et *He* : magis aut *Sm* 16 posse recipere *transp. He* 17 eloquentia *InTe* 20 numquam + autem *Sm* 23 migrabit (*an recte* ?) *Te SmAv* : migrat *In* 25 esse alienae *transp. LdInTe* 26-27 est apud graecos ἴδιον] aeidion *Ld*, apud graecos est idion (ydion *He* : idi *ΩC In* : *sim. rell.*) *In LgAvBePs* : apud graecos *ΙΔΙΟΝ* dicitur *Te* 27 investigemus *GnTeAvBe*

autem dixi, non 'habeat', 'contraria' ; meminisse autem nos oportet quod usiae, cum de ea tractaremus, nihil diximus esse contrarium) ; ergo eius est proprium suscipere contraria (id est sanitatem modo, modo aegritudinem), quanti vero (id est τοῦ ποσοῦ) ut par imparve dicatur, τοῦ δὲ πρός τι (id est ad-aliquid) ut sint ἀντιστρέφοντα (hoc est, ut in se convertantur ac sint sibi natura coniuncta), ita et qualitatis hoc proprium est ut cuncta qualia similia aut dissimilia nominentur. Et dulce enim dulci et albo album et stulto stultum et levi leve et calido calidum similia vel dissimilia proprie nuncupantur ; aliter enim si dicta fuerint, nuncupationem propriam non habebunt.

[135] Ne autem nonnulli in legendo turbentur quod affectio et habitus et disciplina quae, in 'ad-aliquid' dictis (id est ἐν πρός τι) positae, eidem qualitati quoque conexae sunt, hanc discretionem damus : ut tunc categoriae ad aliquid socientur quando sunt genera, cum vero species, qualitati. Ut puta, si 'disciplinam' dixeris quae est genus ceterarum, ad-aliquid referenda est (disciplina enim discibilis rei disciplina dicitur) ; quod si 'musicam' (musica species disciplinae est, non genus), qualitati nectenda est ; neque enim musicam musici musicam possumus dicere, sed musici disciplinam. [136] Similiter et affectio et habitus, secundum genera et species, nunc ad-aliquid nunc qualitati nectuntur ; siquidem si affectum vel habitum (hoc est ἕξιν et διάθεσιν) generis dixeris (id est disciplinae) ad-aliquid referentur ; sin autem affectum vel habitum speciei esse dixeris (id est musicae vel grammaticae), qualitates debemus agnoscere. [137] Quamvis ipse quoque Aristoteles magnus ingenio huic paene permixtioni concesserit ac dixerit posse contingere ut, quod qualitati〈s〉 fuerit, idem referatur ad aliquid, nec esse importunum si una res duarum categoriarum vocabulo concludatur.

ARIST. *Cat.* 5-7 : 6b28 seqq. 7-11 : 11a15-19 12-30 : 11a20-38.
ALC. *Dial.* 4-10 sanitatem — nuncupantur : 961A7-15

GnHeInLdTe 1 autem[1] *om. He* autem[2]] enim *In* 4 modo sanitatem *transp. Lg, Alc.* 4-5 tuposos *He* : tynocos *Ld* : *TYNOCOC Te* : *sim. cett.* 5 tudeprosti *LdHeGnSm* : *TOYΠΡΟCTIΔE Te* : *sim. cett.* 6 antitresfonta *Ld* : antistrophenta *He* : *sim. cett.* 13 enprosti *HeGn* : *HΠΠΡΩCTI In* : anprosti *Ld* : *ENPOΠCT Te* 14 posita *In* eidemque *Gn* : eadem *Ld* : eademque *In* conexa *In* 17 quod *Ld* 18 musicam + dixeris *HeInGn* 21 et[1] *om. In* 23 affectionem *TePsSm* exin et diat(h)esin *LdHeGn* : *EXIN* et *ΔIAOECIN Te* : exin *KH*dia*THCIN In* 25 affectionem *TeSm* vel] sive *LdTe* 28 qualitati *codd.* 29 idem *om. He* inoportunum *In*

[DE FACERE ET PATI]

[138] Dicta sunt omnia quae ad quattuor categorias maximas atque difficiles pertinebant ; nunc ordo commonet ut, post qualitatem, de facere et pati tractatus habeatur. Quae duo videntur, ex qualitatis fonte descendere ; id namque quod calidum facit, calidum sit necesse est ; calidum vero quale esse cognoscimus. Similiter quod calidum fit, passione sui accipit qualitatem ; et qui docet, cum docet, doctor est et discipulum facit ; uterque autem sive doctor sive discipulus qualis est ; et cetera his similia considerata demonstrant recte has duas categorias praeposita quali-
1436 tate tractari. [139] Haec autem duo, facere et pati, multi dixerunt non posse nisi iis quae fuerint contraria provenire. Id enim quod dulce est dulce non facit nisi id quod dulce non fuerit ; nam si id quod patitur dulce fuerit, per naturam sui alterius dulcedinem quo recipiat non habebit ; necesse est ergo dulce non esse id quod patitur ut dulcedinem recipiat alienam ; ac propterea, cum quod facit dulce est et quod patitur dulce non est, necessario dicuntur videri contraria. [140] Nonnulli diversa senserunt, asserentes non posse haec nisi in similibus inveniri et sub eodem genere constitutis ; nec posse aliquid pati vel facere nisi simile faciat aut a simili patiatur. Dulce enim et amarum vel calidum et frigidum, licet contraria videantur, tamen, cum sub eodem sensu sunt, similia esse confirmant. [141] Denique ab alienis penitusque discretis patiendi faciendive rationem dicunt non posse subsistere ; ut, verbi gratia, quid faciat numerus in amaro vel quid albedo pati possit a numero ? Sed haec sit conflictio ceterorum ; nobis autem regula illa sufficiat ut sciamus facere et pati genere esse coniuncta, qualitate discreta. Etenim calidum quod frigido praestat calorem sui, sub eodem genere est quo est et frigidum, sed discrepat qualitate quod calet ; et doctus, cum docet indoctum, sub eodem genere est, sed qualitate discernitur. [142] Claret ergo

---

ALC. *Dial.* 4-9 quae — similia : 961B6-13 12-16 quod — alienam : 961C3-8 28-29 etenim — est[1] : 961C1-3 31 genere — qualitate : 961B15-C1

GnHeInLdTe 8 doctor est cum docet *transp. In* autem *om. He* 10 cathegorias duas *transp. In* 11 duo autem *transp. LdTe* 12 nisi + in *HePs* 19 similitudinibus *LdTe* 21 et[2]] vel *HeGnTe* 23 alienigenis *LgSmAvPs* 24 consistere *LdInTe*

facere et pati genere esse similia, contraria qualitate. Sed haec duo, ut superius diximus, adeo videntur qualitati non modo ordine sed etiam ratione coniungi, ut eadem recipiant quae recipere diximus qualitatem ; namque et contrarietatem non respuunt quam qualitas recipit, et magis et minus admittunt quorum qualitatem quoque diximus receptricem. [143] Harum vero categoriarum proprium (quod graece ἴδιον), quoniam ipse quoque Aristoteles omisit, nec a nobis lector inquiret.

[DE IACERE]

[144] Sequitur ut de iacere dicamus (sive de situ, ut quidam putant) quae categoria in ad aliquid relatis iam videtur esse tractata ; siquidem quod iacet positum iacet, positum vero positionis est et positio positi. Qua de causa, ut ipse quoque Aristoteles — quem sequimur — fecit, ad alia transeamus.

[DE UBI ET QUANDO]

[145] Ubi et quando videntur locus et tempus esse cum non sint ; sed sunt in loco et in tempore, ut Romae, in senatu, ante horam tertiam, post mensem martium. Haec, ut diximus, in loco sunt et in tempore, non locus et tempus. [146] Denique, ut claras et nullius tractatus indigas categorias, Aristoteles quoque transgressus est ; quod nos etiam faciemus : de tempore enim et loco inter summos philosophos vetus et magna quaestio est, quibusdam volentibus haec corporata esse, aliis vero sine corporibus aestimari.

[DE HABERE]

[147] Non uno modo habere aliquid dicimur ; quantum enim tractando collegimus, sub hoc verbo octo sunt quasi quaedam

---

ARIST. *Cat.* 4-5 : 11b1-2, 6-7 10-12 : 11b9-10 16-21 : 11b10-12 26-**168**.15 : 15b17-27

ALC. *Dial.* 5 magis — admittunt : 961c13 17-19 Romae — tempus : 962a6-9 27-**168**.15 octo — dicitur : 962a13-c3

GnHeInLdTe 7 graece] est graece *He* : graece dicitur *Sm* 8 inquirat *GnAvBePs* 17 in² *om. In* 19 in *om. He, Alc.* 21 et + de *LdTe* 23 corporea *In* : corpora *Te* 27 colligimus *HeInTeLgAvBePs*

species. Prima est quoties animo habemus aliquid, ut iustitiam, castitatem, vel iniustitiam vel libidinem. Secunda quoties in corpore habere aliquid dicimur, ut albedinem, nigredinem, varietatem, vel cetera quae per qualitatem corpori insidunt. Tertia de quantitate descendit, quoties quattuor vel quinque pedum habere dicimur longitudinem. Quarta cum non in toto corpore sed in parte corporis aliquid habere firmamur, ut in digito anulum, in pede calceos vel cothurnos. Quinta species est cum non in corpore sed circa corpus habere aliquid dicimur, ut est vestis atque indumenta omnia. Sexta quoties ipsas partes corporis habere narramur, ut manus, pedes, caput, aut reliqua quae sunt in compage membrorum. Septimus vero locus est quoties far vel vinum vas aliquod habere dicitur. Octavus habendi gradus est qui possessionem nostram vel dominium videtur ostendere, cum aedes vel rus quis habere dicitur vel maiorum sepulcra.

[148] Hi sunt habendi modi quos designato numero compre-
1437 hendimus ; extra quem si quis potuerit invenire desidiae nostrae culpa non erit, cum philosophus ipse liberum arbitrium dimiserit inquirentibus. Sane illud verbum multi doctorum respuunt atque improprie proferri confirmant, cum mulier habere maritum dicitur vel vir uxorem vel pater filium vel filius genitorem, propterea quod asserunt nihil haberi posse quod habeat habentem ; sed rectius dici autumant esse mulieri virum vel uxorem viro esse, patrem filio esse, famulis dominum, siquidem verbi huius vim in hoc esse contendunt ut significare non possit et habere aliquem et haberi.

[149] Tandem, quasi magni aequoris freta transgressi, categoriarum numerum terminavimus, ut arbitror, non insuasibiliter doctis, satis vero clare volentibus discere. Sed quaedam restant quae calcem libri huius nos tangere contradicunt ; namque et in categoriis singulis de contrarietate tractatum est, cum quae reciperet contrarium et quae respueret diceremus ; tamen quid sit

---

ARIST. *Cat.* 16-19 : 15b31-32 19-21 : *cf.* 15b28-29
ALC. *Dial.* 19-26 sane — haberi : 962c4-14

GnHeInLdTe 1 quoties + in *Sm* 4 vel] et *Sm* corporis *LdHeTe* 6 dicimus *LdHe* 8 est *om. InLg* 10 sexta + est *He* 11 aut] vel *Ld* 12 compagine *In, Alc.* vero] autem *In* 15 sepulchra maiorum *transp. LdInTe* 18 arbitrium *om.* (*an recte* ?) *LdInTe* 22 nihil] non *HeIn, Alc.* 30 et *om. In*

ipsum contrarium nullus adhuc tractatus ostendit ; et adhuc quaedam verba remanent quorum vis ac proprietas debeat explicari. Qua de causa ad oppositorum tractatum necessario transeamus.

[DE OPPOSITIS]

[150] Oppositorum species sunt quattuor ; opponitur namque aliud alteri aut figura eius categoriae quae ad-aliquid dicitur ; aut contrariorum modo ; aut eorum quorum circa nos esse dicitur vel habitus vel privatio — habitum sane hoc loco ex habendo debemus accipere, non ut in superioribus definivimus esse habitum affectionem quandam animi sempiternam — ; aut cum confirmamus aliquid vel negamus. [151] Ut, verbi causa, ab iis quae ad aliquid dicuntur ponamus exemplum, oppositum videtur duplum simplo vel pater filio ; contrariorum vero exemplum sit malum bono ; eorum quoque quae per habitum et privationem dicuntur, sit caecitas et visio ; illorum etiam in quibus est negatio et affirmatio, sit 'currit, non currit'. [152] Discretio vero contrariorum et eorum quae ad aliquid dicuntur contemplantibus manifesta est ; ad aliquid enim dicta de sibi oppositis nominantur (simplum namque oppositum dupli est, et duplum oppositum simpli), contraria vero id quod dicuntur ex se habent neque alterius indigent (quis enim malum boni dixerit aut quis bonum mali ?). [153] Haec est ergo harum duarum specierum quae ex oppositis veniunt dilucida et clara discretio. Ipsa vero contraria in tres species dividuntur : aut enim mediata sunt (id est habent inter se aliquid medium), aut sine medio, aut — ut in quibusdam reperit ratio — habent quidem medium, sed eius vocabulum non apparet nisi utriusque oppositi negatione consistat. [154] Mediata ergo sunt haec, album et nigrum, inter quae quando nasci potest pal-

---

ARIST. *Cat.* 6-12 : 11b17-19 12-17 : 11b19-23 17-24 : 11b32-38 19-20 : *cf.* 11b26-27 27-28 : 12a22-24 28-**170**.4 : 11b38-12a21
ISID. *Etym.* 13-14, 19-20 : *cf.* II.XXXI.4 24-**170**.12 : *cf.* II.XXXI.2-3

GnHeInLdTe 1 et *om. LdTe* 6 quattuor sunt *transp. LdHeTe* 7 figura] per -am *InGn* 11 animi quandam *transp. InGn* aut cum *scripsi* : quarto modo cum aut *codd.* 14 vero contrariorum *transp. GnSm* 20 est oppositum dupli *transp. He* 23 harum *om.* (*an recte ? fortasse diplographia* harum iiarum) *LdInTe* 25-26 aliquid (*om. Gn*) inter se *transp. HeIn* 26-27 reperit (repp- *LdGnTeAvPs*) ratio] repperitur *He*

lidum vel fuscum, mediata haec opposita dicuntur. Quae vero mediata sunt, non necesse est unum de duobus oppositis in corpore reperiri : si enim nigrum non fuerit, potest esse fuscum, aut, si album defuerit, pallidum poterit inveniri. At vero ex his oppositis quae mediata non sunt, unum necesse est accidere de duobus, ut est salus et aegritudo ; horum medium nihil est propterea quod aut salutem necesse est aut aegritudinem humana corpora retinere. [155] At illa quibus est quidem medium sed caret nomine nisi huic oppositorum negatione formetur, sunt haec, iustus et iniustus. Est aliquid in medio, sed non habet nomen, atque ideo utriusque oppositi negatio ei vocabulum creat, ut 'nec iustum nec iniustum' dicamus id quod est medium. [156] Nunc ea opposita quae per habitum privationemque fiunt, diligentius retractemus ; in his namque observari oportet ut sint utraque in eodem negotio, in eodem loco, in oportuno tempore. In eodem negotio sunt caecitas et visio (in videndo enim et in non videndo consistunt) ; haec et in eodem loco sunt (utrique namque et caecitati et visioni in oculis locus est). [157] Maxime tamen in
1438 his oportunitas temporis quaeritur ; nemo enim recte calvus dicitur nisi eo tempore quo capillos habere debuerit non habebit ; nec sine dentibus (quem *νωδόν* Graeci vocant) infantem quisquam poterit dicere eum cui dentes adhuc aetas parva denegavit ; siquidem privatio (quae graece *στέρησις* dicitur) hanc vim tenet ut ostendat quemlibet habuisse aliquid et non habere. [158] Inter haec meminisse nos convenit aliud esse visionem et caecitatem, aliud habere visionem vel ea esse privatum, ne, si haec esse eadem iudicemus, confundi ratio videatur. Quod si quis hoc dubium putat aut parum certum, quid quamque rem sequatur advertat ; etenim, si esset idem caecus et caecitas, de uno utraque dicerentur ; dicimus autem hominem caecum, sed homo

---

ARIST. *Cat.* 8-12 : 12a21-25 12-18 : *cf.* 12a26-29 18-24 : 12a29-35 24-**171**.2 : *cf.* 12a35-b1
ISID. *Etym.* 13-18 : II.xxxi.6
ALC. *Dial.* 9 nisi — formetur : 963B4-5 14-18 in — est : 963B14-C4 19-20 calvus — habebit : 963C5-6

GnHeInLdTe 1 vel *om. LdInGnTe* dicuntur] dicta sunt *LdTe* 8 at + vero *Sm* 9 nisi — formetur *om. Sm* negatione] ex (*ante* oppositorum *Be*) negatione *HeInBe* haec *om. He, Gn* ? 11 vocabulum ei *transp. Sm* 12 iniustum nec iustum *transp. He* 16 in *post* non *LdIn* : *om. GnTeBePs, Alc.* 17 haec *om.* (*an recte* ?) *Gn* nam utrique *In* 18 et[1]] id est *In* 21 noton *HeGn* : nothon *LdTe* : *NΩThΩN In* 23 steresis *vel sim. codd.* 25 et + aliud *He* 27 quod] quia *Sm*

dici caecitas non potest. Claret igitur aliud esse caecum, aliud caecitatem.

[159] Nec affirmatio et negatio idem est quod sunt sub affirmatione negationeque cadentia. Affirmatio enim sive negatio est verbum confirmans aliquid aut negans ; alia vero sunt quae sub his inveniuntur, ut est 'Socrates disserit, non disserit Socrates'. [160] Similiter tamen omnia sibi habentur opposita. Aliquoties autem mala malis opponuntur, quoties contrariorum media bona sunt, ut est indigentia et redundantia (quod Graeci ἔνδειαν καὶ ὑπερβολήν vocant) ; his enim duobus malis sibi oppositis mediocritas media reperitur. Hanc rationem Peripatetici secuti virtutes medias esse dixerunt ut plus iusto πλεονεξίαν, minus iusto μειονεξίαν dicerent : inter quae mala mediam iustitiam locaverunt. Similiter inter versutiam hebetudinemque prudentiam posuerunt ; inter libidinem insensibilitatemque (quod Graeci ἀναισθησίαν vocant) temperantia constituta est ; inter timiditatem et audaciam, fortitudo. Ita occultum quoddam genus oppositorum repperit perscrutata ratio, ut interdum mala malis inveniantur esse contraria. [161] Sed Aristoteles harum quattuor specierum quae ex oppositis veniunt, proprietates et differentias latius et multis modis explicavit ; nos autem genus et species posuisse sufficiat ne, minutioribus occupati, fastidium necessariis afferamus.

[DE PRIORE]

[162] Quinque modis aliud altero prius dicitur : quorum primus est cum dicimus aliquem tempore seniorem ; secundus modus est in quo aliquid nascitur ex priore, sed, priore pereunte, secundum perit, secundo pereunte prius incolume perseverat, ut est unum prius naturaliter a duobus (ex eo enim nascuntur duo, sed sine

---

ARIST. *Cat.* 3-6 : 12b6-10 7-11 : 14a1-6 25-**172**.3 : 14a26-35
ALC. *Dial.* 12-17 ut — fortitudo : 963D4-5, 7-11 25-26 quinque — seniorem : 963D12-15

GnHeInLdTe 1 caecitas dici *transp. InGn* 3-4 affirmationem (-one *Ld*) negationemque *LdTeLgBePs* 7 habent *He* 9 quam *LgPs* 9-10 endian ke yperbolen (ip-*Gn*) *HeGn* : endianceyperbolen *LdTe* : *HNΔIAN ΚΑΙΥΠΗΡΒΟΛΗΝ In* 12 iustum ... iustum *HeGnSm, Alc.* 12-13 pleonexian (-xan *Ld*) ... mionexian *vel sim* : *codd.* 13 iustitiam mediam collocaverunt *In* 14 hebit- *codd.* 16 anathesian *LdTe* : anatesia *He* : *ANACEIAN In* : *sim. cett.*

uno duo esse non possunt, sine duobus status unius manet ; et duobus exstantibus esse unum necesse est, uno vero apparente duo esse nulla necessitas cogit). [163] Tertio modo ordo quidam prius alteri alterum facit, ut in disciplinis et artibus liberalibus invenimus ; namque et in grammatica prius est singularum discere formas et nomina litterarum, dehinc syllabarum coniunctiones agnoscere, tunc verborum sumere notionem, postremus nobis est orationis usus assumendus propter quem cuncta eius, quasi praecurrentia, membra cognoscimus ; et in rhetorica prioris locus similiter collocatur ; nam prius prooemium dicimus, dehinc narrationem, post depulsionem, tunc confirmationem, postremus epilogus ponitur. His igitur exemplis tertium prioris modum sufficiat demonstrasse. [164] Quartus vero modus non multum probabilis et ab ipso Aristotele improbatus exponitur, ut fortuna meliores vel ditiores 'priores' vulgus assolet dicere. Sed, mea sententia, vis huius prioris explosa est. [165] Hi sunt quattuor eius quod 'prius' dicitur modi ; sed occultior quidam quintus adiungitur, quoties ex duobus quae in se invicem convertuntur illud est prius quod esse alterum facit ; ut, exempli gratia, si est homo, recte eum dicimus animal rationale, mortale, risus capax ; et, si vera est ista hominis definitio, esse hominem verum. Ita utrumque in se convertitur, hoc est et hominis veram definitionem esse et definitionis hominem verum. [166] Sed quoniam definitio vera esse non poterat nisi prius natura hominis appa-
1439 reret, idcirco ex his duobus, quae in semet converti diximus, homo prioris locum tenet cuius exstantia definitionis suae exprimit veritatem.

[DE SIMUL]

[167] Sequitur ut proprietatem verbi quo simul esse quaedam dicimus exprimamus. Ratio enim videtur exigere ut post

---

ARIST. *Cat.* 3-13 : 14a36-b3 13-15 : 14b4-8 16-23 : 14b9-22
ALC. *Dial.* 4-9 ut — membra : 964A4-10 13-15 quartus — dicere : 964A11-12 19-20 illud — capax : 964A13-15

GnHeInLdTe 2 unum esse *transp. He* 3 quidem *LdHeGnTe* 7 cognoscere *Gn, Alc.* postremus + vero *Sm* 12 ergo *InGnLgPs* 13 modus + est *InGn* 14 ut] cum *InGn* : dum *Alc.* : vel *Lg* : cum vel *Te* : *om. Ld* : *an scribendum* ut cum ? 15 ditiores *Be* : cutiores *Ld* : cautiores *HeTeLgAv Ps* : feliciores *Alc.* : *om. Gn* 19 prius *Alc.* : potius (pu- *Ld*) *codd.* 21 est ista *om. Sm* definitio + verum est animal rationale mortale *HeInTe*

'prioris' tractatum de his disputetur quae simul esse firmantur. Simul igitur dicuntur tribus modis ⟨...⟩ cum quaelibet simul exsistunt uno tempore vel apparent ita ut neutrum de duobus vel prius sit vel alterum consequatur, sed utriusque ortus videatur esse communis. [168] Secundus locus est cum naturaliter simul sunt, nullum tamen eorum praestat alteri, ut, verbi gratia, si simplum et duplum ponamus, necesse est simul esse naturaliter, sed neque duplum facit ut simplum sit neque simplum efficit duplum. Hoc loco confundere nos non oportet ne, quoniam, cum de ad aliquid dictis tractaremus, id esse ad aliquid diximus quod penderet ex altero, videamur nunc contra superius definita tractare ; omnia namque ad aliquid dicta dici ex altero, non esse ex altero, disputavimus ; nec ullus error est si quis verborum nostrorum pondera diligentius perscrutetur. [169] Tertius locus est quoties ex eodem genere manantia simul videntur esse natura, sed specie discernuntur, neque vero sibi, in eo quod dicuntur, aliquid praestant ; ut est animal, idem genus est sed species longe discreta. Nec vero aut volatile quidquam pedestri tribuit ut sit aut volatili pedestre aut omnino aliud alteri in eo quod est ullam substantiam subministrat, nullumque alteri aliud prius est, sed simul omnia ab animali (id est ab uno genere) orta nascuntur.

[DE MOTU]

[170] Omnis immutatio (quae *μεταβολή* graece est) fit modis tribus : aut ex non subiecto in subiectum ut est ortus vel nativitas (quam Graeci *γένεσιν* vocant), aut ex subiecto in non subiectum ut est interitus vel corruptio (quam *φθοράν* Graeci dixerunt), aut ex subiecto in subiectum ut est motus (qui graece *κίνησις*

ARIST. *Cat.* 2-5 : 14b24-26 5-14 : 14b27-32 14-22 : 14b33-15a2
ARIST. *Physica* 24-**174**.1 : 225a7-20
ALC. *Dial.* 2-3 simul — tempore : *cf.* 964c9-12 7 simplum et duplum 964c13 15-16 genere, specie discernuntur : 964c14

GnHeInLdTe 4 utrique *LdTe* : -is- *InGn* 4-5 ortus *om. Ld* : *post* esse *He* 5 cum] qui *Ld* : quae *In* 9 confundi *LdTe* 15-16 esse (*om. Gn*) videntur *transp. He* 18 volatile] aquatile *Te* : a qualitate *Ld* : + aut aquatile *Gn* 19 aut² + non *He* 24 metabole *vel sim. codd.* graeca *LdTe* 24-25 tribus modis *transp. In* 26 genesin *vel sim. codd.* 27 pthoran *Ld* : ftoran *HeGn* : *ΠΡΟΡΑΝ Te* : *ΠΘCΟΡΑΝ In* 28 graece] motus *LdHe* : motus grece *Te* kinesis *HeGn* : *KINHCIC In* : quinessis *LdTe*

dicitur). Sed et ipse motus tres species habet, incrementum, imminutionem, commutationem qualitatis sive loci (haec a Graecis *αὔξησις, μείωσις, ἀλλοίωσις* sive *φορά* dicta sunt ; namque commutationem circa locum *φοράν* dici voluerunt, quam nos quoque 'transgressionem' maluimus dicere secuti doctores). [171] Verum hunc ordinem quem nos in praesenti, quasi discrepantes ab eo libro qui Categoriarum dicitur, diligenti examinatione digessimus, ipse quoque Aristoteles in naturalium libris exposuit, in Categoriis autem, secutus docendi compendium, speciem pro genere, id est motum pro immutatione non dubitavit assumere, ut motui diceret, quasi generi, sex species esse subiectas, *γένεσιν,* 1440 *φθοράν, αὔξησιν, μείωσιν, ἀλλοίωσιν, κατὰ τὸν τόπον μεταβολήν* (haec nos latino sermone 'ortum' diximus, 'interitum', 'augmentum', 'imminutionem', 'commutationem qualitatis', 'transgressionem loci'). [172] Hae sex species omni a se ratione discretae sunt, nisi forte cuiquam parum docte intellegenti qualitatis commutatio (id est *ἀλλοίωσις*) etiam ceteris exsistentibus fieri videatur ut, cum nascitur aliquid aut interit aut crescit aut minuitur, tunc facta dicatur etiam commutatio. Sed id ratio falsum docet ; nam quae crescunt aut minuuntur, quantitate immutantur, non commutantur qualitate (commutatio enim proprie qualitatis est ; meminisse autem nos oportet aliud esse immutationem, aliud commutationem ; namque immutatio genus est, commutatio species subiecta motui quem immutationis speciem diximus). [173] Denique, ut horum sit manifesta discretio, geometricum ponamus exemplum : si tetragonum maius, quod intra depictum est currentibus per medium lineis, in brevia tetragona partiaris eique, post, unum breve tetragonum detrahas, minuisti tetragonum maius ; at si detracti loco addas gnomonem, qui hemicycli specie ponitur, plus tetragono maiori quam detraxeras reddidisti ; idque quantitatis est, non qualitatis, et

---

ARIST. *Cat.* 11-15 : 15a13-14 15-19 : 15a17-20 19-25 : 15a20-30 25-**175**.2 : 15a30-33
ARIST. *De anima* 1-3 : 406a12-13

